BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
20 A
24 ſı
Bz 22
mon. di S. Agost.

DIVI AV

RELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPI SCOPI MEDITA TIONVM LIBER VNVS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SOLILOQVIORVM LIB. I
MANVALE LIB. I

VENETIIS
M. D. XXXVIII

INDEX CAPITVLORVM LIBERI MEDITATIONVM

Inoucatio de i oipotētis ad mo℞ & uitæ reparationē. Ca. 1. Hominis accuſatio, & cōmendatio miſericordiæ dinæ. Cap. 2. Hois ꝯqueſtio: qđ ꝑ inobedientiā a Dño nō audit. Cap. 3
Iudici: timor. Cap. 4
Inuocatur Pater per Filium. Ca. 5.
Repræſentat homo Deo Patri paſſionem Filij. Cap. 6
Confitetur homo, ſe cauſam eſſe domminicæ paſſionis. Ca. 7.
Exponit homo Deo Patri paſſionē Filij in ſuā reconciliationē. Cap. 8
Inuocatio Spiritus ſancti. Cap. 9
Oro hois de ſe humilr ſentiētis. C. 10
Oratio ad ſanctā Trinitatē. Cap. 11
Confeſ. Oipo. Dei, & maie. eius. C. 12
Q̃ũo Deus generi humano ſubuenerit: & de Verbi incarnatiōe. Ca. 13
De fiducia habēda in Domino Ieſu atq; eius paſſione. Cap. 14
De i mēſa chari. dei ergo ge. hu. C. 15
De duplici Chriſti natura: q nobis miſeref, & ꝓ nobis īterpellat. Ca. 16
De gr̃a Deo hñda ꝓ bñfi. redē. Ca. 17

Oratio ad Chriſtum. Cap. 18
Diſtiguit īter Sapiētiā, q̄ domus Dei ē & Sapiētiā, q̄ diuina eſt. Cap. 19
Orat hō, ut ipa do. Dei oret ꝑ eo. c. 20
Deplorat miſeriā uitæ p̄ſentis. Ca: 21
De felicitate uitæ futuræ. Ca. 22
De feli. aīæ ſcē. hic emigrātis. Cap. 23
Sanctorum inuocatio. Cap. 24.
Aīæ deſideriū ad cœle. Hieru. C. 25
Hymnus de gloria paradiſi. Ca. 26
Laus, & cōtēplatio diui. natu. Ca. 27
Quid ſit quodāmō Deū cernere, & tenēr: & qualr ſit de Deo ſētiē. Ca. 28
Orō explicās diuinas ꝓprieta. Ca. 29
De unita pſona. & plura. i Deo. Ca. 30
Oratio ad Sanctam Trinitatē. Ca. 31
Q d deus uera, & ſū. uita ſit. Ca. 32.
Laus Dei. Cap. 33.
Cōqrit hō, ꝙ nō cōpūgit. Cap. 34
Oratio ad Ieſum. Cap. 35
Alia oratia ad Ieſum. Cap. 36
Alia oratio ad Ieſum. Cap. 37
Oratio in afflictione. Cap. 38
Alia oratio ad Ieſum. Cap. 39.
Alia oratio ad deum. Cap. 40
Alia oratio ad Ieſum. Cap. 41

FINIS

ERRATA LIBRI EX VETERI codice ſic corrigenda.

meus.ca.8.℣.3.mutabilitati.37.20.ī ſep ardbilia.47.17.amoris tui:uſq; a deo.50.18.q̄.50.32.mri'69.16.me: & uidētes.81.25.ueſtimēta mea.81. 26.Adhæreā ergo.81.54.creaturarū tua⁊ nūerares.82.54.ptātē uerbū tuū filios:84.48.aūceſſit gr̄a.85.11.fieri ſuſceptibilē creares.85.22.de exilio, redemeſti me de ſeruitio.91.2.& tota mēte mea,& tota fortitudine mea.91 35.iudex interius.92.42.abſcondit ī 97.9.renuit.104.32.ambulabāt.113 1.circuiui.114.18.Fallitur.115.29. Væ tacētibus.118.20.admirabile,lu: men ſuperlaudabile,ꝙ.123.53.deco ris eorū,& lætitia ſempiterna ſup capi ta eorū.128.18.& q glorificauit.129 5.populi ſanctorū,populi quē.229.8 tua: ſed ut magnus es tu, ita magna merces tua:qm̄.128.16.tua: & regis 130.21.una eſſentia,potētia.130.26. lacu miſeriæ,& de lutofecis.130.43. mea reqrit.143.14.ibi nemo.146.1. feſtinat.154.29.aſpectū a Deo.154. 44.obuoluerīt.156.9.illū ſuba.160.6

DIVI AVRE LII AVGVSTINI HIP-

ponenſis Epiſcopi Medita tionum Liber Vnus.

Inuocatio Dei omnipotẽtis ad morũ & uitæ reparationem. Cap. I.

DOMINE DEVS MEVS da cordi meo te deſide rare, deſiderando te q̄ rere, quærẽdo iuenire, iueniẽdo amare, aman do mala mea redimer̃ redẽpta nõ iterare. Da dñe deus meus cordi meo pniam, ſpiritui ꝯtritionẽ, oculis lachrymaꝝ fontẽ, mãibus eleẽ moſynæ largitatẽ. Rex meus, extigue in me deſideria carnis, & accẽde ignẽ tui amoris. Redẽptor meus, expelle a me ſpũm ſuꝑbiæ, & ꝯcede ꝓpitius ſpi ritũ humilitatis tuæ. Saluator meus, amoue a me furorẽ iræ, & tribue mi hi benignus ſcutũ patiẽtiæ. Conditor meus euelle a me animi rãcorẽ, & lar gire mihi mitis mentis dulcedinẽ. da clementiſſime Pr̃ mihi ſolidã fidẽ, ſpẽ

cõgruam, charitatẽ ꝑtinũ. Rector me-
us, auerte a me uanitatẽ, mẽtis incon-
ſtãtiã corporis uagationẽ, oris ſcurrili-
tatẽ, oculoꝝ elationẽ, uẽtris ingluuiẽ
opprobria ꝓximoꝝ, ſcelera detractio-
nũ, curioſitatis pruriginẽ, diuitiarum
cupiditatem, potentatuum rapinam,
inanis gloriæ appetitum, hypocriſis
malum, adulationis uenenum, conten-
ptum inopum, oppreſſionem debiliũ,
auaritiæ ardorem, inudiæ rubiginem
blaſphemiæ mortem. Reſeca in me: fa-
ctor meus temeritatem iniquam, per-
tinaciam, inquietudinem, ocioſitatem
ſomnolentiã, pigritiam, mentis hebe-
tudinem, cordis cæcitatẽ, ſenſus ob-
ſtinationem, morum truculentiã, bo-
ni inobedientiam, conſilij repugnan-
tiam, linguæ effrenationem, pauperũ
prædam, impotentum uiolentiam, in-
nocentum calumniam, ſubditorũ ne-
gligentiam, circa domeſticos ſæueri-
tatem, aduerſus familiares impietatẽ,
erga proximos duritiam. Deus meus,
miſericordia mea, oro per dilectum
Filium tuum, da mihi miſericordiæ

õpera, pietatis ſtudia, cõpati afflictis, ꝯſulere erroneis, ſuccurerẽ miſeris, ſub uenire egenis, ꝯſolari mœſtos, releua re oppreſſos, paupes recreare, flebiles refouere, dimittere debitoribus, parce re in me peccãtibus, odiẽtes me dilige re, ꝓ malis bona reddere, neminẽ de= ſpicere, ſed honorare, bonos imitari, malos cauere, uir tutes amplecti, uitia reijcere, in aduerſis patiẽtiã, i ꝓſperis ꝯtinẽtiã cuſtodiã oris, & oſtiũ circũſtã tie labijs. meis, terrena calcarẽ, & cœle ſtia ſitire. Hoĩs accuſatio, & cõmẽda tio miſericordiæ diuinæ. Cap. 2.

Ecce plaſmator meus multa roga= uiẽ, cũ nec pauca ꝓmerui. Fateor, heu fateor: non ſolũ quæ poſtulo, nõ debenẽ dona, ſed multa & exqſita ſup plicia. Animãt me tñ publicani, mere trices, & latrones, q a faucibus hoſtis momẽtanee eruti, ſinib' excipiunẽ pa= ſtoris. Tu. n. factor oĩum Deus, licet i cũctis opibus tuis ſis mirabilis: mira bilior tñ crederis eſſe in opibus pieta tis. unde de temetipſo per quendam ſeruum tuũ dixiſti. Miſerationis eius

ſuper oĩa opa eius. Et quaſi de ſingu
lo loquentẽ, de uniuerſo populo tuo
te dixiſſe ꝯfidimus. Miſericordiã autẽ
meã nõ diſpergã ab eo. Nullũ. n. ſper
nis, neminẽ abijcis, neminem perhor
reſcis: niſi forte q amẽs te exhorrue
rit. Ergo nõ modo iratus nõ percutis,
ſed te irritantibus dona, ſi quieuerint
tribuis. De' meus, cornu ſalutis meæ
& ſuſceptor meus, ego infelix, ego te
irritaui: ego malum coram te feci fu
rorẽ tuũ prouocaui: irã ꝓmerui: pec
caui, & paſſus es: deliqui, & adhuc ſu
ſtines. Si pœniteo, parcis: ſi reuertor,
ſuſcipis. inſup dum differo, præſtola
ris. Reuocas errantẽ: iuitas repugnan
tẽ: expectas torpentẽ: amplexaris re
deuntẽ doces ignorantẽ: meretẽ mul
ces: a ruina ſuſcitas. poſt lapſum repa
ras: petẽti largiris: q̃rẽti iuẽiris: & pul
ſanti apis. Ecce dñe Deus ſalutis meæ,
quid opponã neſcio: q̃õ rñdeã igno
ro: nullum abs te cõfugiũ, nullũ abs
te patet latibulũ. oſtendiſti mihi bene
uiuendi uiam: & gradiendi ſcien iam
dediſti: minatus es mihi gehennã: &

pollicitus es mihi paradiſi gloriam. Nūc Pater miſericordiaꝝ, & deus totius ꝯſolationis, ꝯfige timore tuo carnes meas: quatenus quæ minaris, metuēdo euadam: & redde mihi lætitiam ſalutaris tui: ut q̄ ſpōdes, diligēdo pci piá. Fortitudo mea dn̄e, firmamentum meū, Deus meus, refugiū meū, & liberator meus, ſuggere qd de te cogitē: doce qbus te ſermonibus inuocem: da quibus opibus tibi placeam. Scio, ſcio unū, quo tu placaris: & aliud qđ non ſpernis. Eſt utiqꝫ tibi iſpiritus cōtribulatus ſacrificiū: & acceptas cor contritum & humiliatum: His me Deus meus, adiutor meus dita muneribus: his cōtra inimicum muni protectionibus: hoc de flammis uitiorū præſta refrigeriū: hoc deſideriorū paſſionibus pande piū refugiū. Fac dn̄e, uirtus ſalutis meæ, ne ſim de numero illorū, qui ad tēpus credunt, & in tpe tentationis recedunt. Obumbra caput meū in die belli, ſpes mea in die afflictionis, & ſalus in tēpore tribulatiōis. En domine illuminatio mea & ſalus

mea rogaui eꝫ quibus egeo: intimaui quæ timeo: ſed remordet ↄſciẽtia: reprehẽdũt me cordis ſecreta. & qđ amor miniſtrat, timor diſſipat: zelus incitat, metus icrepat. Acta mea formidinẽ, ſed tua ĩgerit pietas fidutiam: tua hortatur benignitas: mea tardat malignitas: &, ut uerius fatear, occurrunt memoriæ phãtaſmata uitioꝝ: q̃ reuerberant adudaciã p̃ſumẽtiũ animoꝝ.

Hominis cõqueſtio: ꝙ pp inobedientiã a Dño nõ audit. Cap. 3.

CVm enim quis odio dignus ſit: qua fronte gratiam requirit? cui pœna debetur: qua temeritate gloriã depoſcit? Laceſſit iudicem, qui poſtpoſita ſatisfactione delicti, quærit præmijs honorari. Regi inſultat obnoxius ſupplicio, qui donari flagitat indebito brauio: & dulcẽ affectum patris ſtultus exacerbat filius, q poſt illatas contumelias, ante pœnitudinem hæreditatis uſurpat celſitudinem. Quid mi pater me geſſiſſe recolo? Merui mortem, & peto uitam. Commoui regem meum, cuius impudens inuoco

præſidium. Contempſi iudicem, quē temere poſtulo adiutorem. Inſolens tenui audire patrē, quē demū p̄ſumo habere tutorē. Hei mihi, q̄ ſero uenio: heu, q̄ tarde feſtino: heu me, quia curro poſt uulnera, dedignās incolumis præcauere iacula. Neglexi proſpicere tela: modo uero ſolicitor de morte uicina. Vulnera uulneribus inflixi, qa ſcelera ſceleribus addere nō timui. Recēti cicatrices labe reſperſi, qa priſca flagitia nouis iniquitatibus reciprocaui: & quæ diuina ſolidauerat medicina, mea reſoluit prurigo phrenetica. Cutis, quæ ſupducta uulneribus morbum celauerat: ſanie erumpente putruit: quia iterata iniquitas cōceſſam miſericordiam exinaniuit. Noui quippe ſcriptum. In quacunq; hora iuſtus peccauerit: omnes iuſtitiæ eius obliuiſcētur. Si iuſtitia aboletur iuſti ruētis: quanto magis pœnitentia peccatoris inidipſum reuertētis? Quoties canis redij ad uomitū: & q̄ſi ſus repetij uolutabrum? Fateor, quia mihi recordari eſt impoſſibile. Quot mortalium

Ignorātes peccare, docui: nolentibus delinquere, perſuaſi: reſiſtentes coegi nolentibus conſenſi? Quot ſane gra-dientibus laqueum induxi: uiam quę-rentibus foueam retexi: quod cum pa-trare non horrerem, obliuiſci non me-tui. Sed tu iuſtus iudex ſignans pecca-ta quaſi in ſacculo, obſeruaſti omnes ſemitas meas: & cūctos greſſus meos dinumeraſti: tacuſti: ſp ſiluiſti: patiēs fuiſti. Væ mihi, demū loq̄ris q̄ſi ꝑturi-ens.

Iudicij timor. Cap. iiij.

DEus deorum domīe, præſtabilis ſuper malitia, noui quia manife-ſtus uenies. noui quia non ſemper ſi-lebis: cum in cōſpectu tuo ignis exar-deſcet: & in circuitu tuo tempeſtas ua-lida ingruerit: cum aduocaueris cœ-lum deſuper, & terram diſcernere po-pulum tuum. Et ecce coram tot mili-bus populorum nudabuntur omnes iniquitates meæ: tot agminibus ange-lorum patebunt uniuerſa ſcelera mea non ſolum actuum, ſed etiam cogita-tionum, ſimulque locutionum. Tot iudicibus inops, aſtabo, quot me præ

ceſſerunt in opere bono: tot argumentis bus confundar, quot mihi præbuerũt bene uiuendi exempla: tot conuincar teſtibus, quot me monuerunt ꝓficuis ſermonibus, ſeq; imitandos iuſtis dederũt actionibus. Domine mi, nõ ſuppetit quid dicam; non occurrit quid reſpondeam: &, cum iam interſim ſæuo illi diſcrimini: torquet me ꝯſcientia: cruciant cordis arcana: coarctat auaritia: accuſat ſuperbia: conſumit inuidia; inflãmat concupiſcentia: infeſtat luxuria: dehoneſtat gula: ebrietas cõfutat: detractio lacerat: ambitio ſupplantat: rapacitas obiurgat: diſcordia diſſipat: ira perturbat: leuitas diſſoluit torpor opprimit: hipocriſis fallit: adulatio frangit; fauor attollit: calumnia pungit. Ecce liberator meus de gentibus iracundis, ecce cum quibus uixi a die natiuitatis meæ: q̄bus & ſtudui, quibus & fidem ſeruaui. Ipſa me quæ dilexeram ſtudia, damnant; quæ laudaueram, uituperant. Hi ſunt, quibus acquieui, amici; quibus parui, magiſtri: & quibus ſeruiui, domini: conſu

ſes, q̄bus credidi: ciues, q̄bus cohabita
ui: domeſtici, quibus ꝯſenſi. Hei mihi
rex meus & Deus meus: q̄a incolatus
meus ꝓlongatus eſt. Væ mihi illumi
natio mea: q̄a habitaui cū habitātibus
Cedar. Et cum ſanctus Dauid dixerit,
multū: quāto magis: ego īfelix dicere
poſſum, nimis incola fuit anima
mea? Firmamētū meum Deus meus,
non iuſtificabit In ꝯſpectu tuo oīs ui
uēs. Spes mea, nō eſt in filijs hoīum,
quē, ſi remota pietate iudicaueris, iu-
ſtū inuenias, & niſi præueneris miſerā
do impium, non eſt, quod glorificet
piū. Credo nāq; Salus mea quod au-
diui: quia benignitas tua ad pœniten-
tiā me adducit. Tui oris mihi ſonue-
runt nectarea labia. Nemo poteſt ue-
nire ad me, niſi Pater meus, qui miſit
me, traxerit eū. enimuero q̄a me īſtru
xiſti, tāq; propitius inſtructione for-
maſti: totis medullis cordis, toto niſu
mentis te omnipotens Pater cum dul
ciſſimo Filio tuo, teq; dulciſſima Pro-
les cum sereniſſimo inuoco Paracle-
to: trahe me: quatenus poſt te curram

in odorē unguentorū tuorū dulciter.

Inuocatur Pater p Filiū. Cap. V.

INuoco te Deus meus, inuoco te, q̃a prope es omnibus inuocantibus te in ueritate. Tu enim Veritas es. Doce me quæſo per clementiam tuam ſancta Veritas, te inuocare in te: quia hoc fieri q̃uo oporteat neſcio: ſed a te doceri beata Veritas humiliter imploro. Abs te enī ſapere, deſipere eſt: te uero noſſe eſt pfecte ſcire. Erudi me diuina Sapientia, & doce me legem tuā. Credo nāq̧. quē tu erudieris, beatus erit: & quē de tua lege docueris. Deſidero iuocare te: qđ quæſo fiat in Veritate: Quid eſt iuocare in Veritate Veritatē niſi in Filio Patrē? Ergo ſancte pater, ſermo tuus Veritas eſt; principiū que uerborum tuorum Veritas. Hoc quippe uerborum tuorum eſt Principium quod in principio erat Verbum. in ipſo principio, te ſummū adoro Principiū. in ipſo Veritatis Verbo te perfecta iuoco Veritas: in quo ipſa eadē Veritas dirigas me in ueritate, & doceas. Quid enim eſt dulcius, q̃ geni-

torem in nomine unigeniti inuocare, Patrem in recordatione Filij ad pietatē inflectere, Regē chariſſimæ ſobolis denominatione mitigare? Sic eni ſolēt rei carceribus eripi; ſic cōmancipati uinculis liberari: ſic triſtē accipientes ſententiam capitis, non ſolū abſolui, ſed inſup nanciſci inſolitā grām: dūmodo iratis principibus dilectæ prolis intimauerint charitatem: ſic delinquentes ſeruuli euadunt ſupplicia dominorum: dum pro eis interuenit dulcedo filiorum. Sic te omnipotens Pater per omnipotentis Filij charitatem poſtulo, educ de carcere ad confitendum nomini tuo animam meam: libera me a uinculis peccatorum: per coæternum tibi unicum flagito natum: meq;, cui propria demerita lætalem minantur ſententiam, præcioſiſſimæ ad dexteram tuam conſedentis prolis interpellatione reſtaura placatus ad uitam. Quem enim alium dirigam interceſſorē tibi neſcio, niſi hunc qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris: qui ſedet ad dexteram tuam in-

terpellans pro nobis. Ecce aduocatus meus apud te Deũ Patrẽ, Ecce Pontifex ſũmus, q alieno expiari non eget ſanguine: q proprio refulget pfuſus cruore. Ecce hoſtia ſancta beneplacẽs & pfecta, in odorẽ ſuauitatis oblata & accepta. Ecce agnus ſine macula: q corã tõdẽtibus ſe obmutuit: q alapis cæſus, ſputis illitus, opprobrijs affectus os ſuũ nõ aperuit. En q peccatũ nõ fecit, peccata noſtra pertulit: & languores noſtros ſuo liuore ſanauit.

Repræſentat homo Deo Patri paſſionem Filij. cap. vi.

ASpice pie Pater pijſſimũ Filium, pro me tam impia paſſum. Reſpice clementiſſime Pater, quis patitur: & reminiſcere benignus, pro quo patitur. Nonne hic eſt, domine mi, innocens ille, quem, ut ſeruum redimeres, Filium tradidiſti? Nnunquid nõ auctor uitæ hic eſt: q ut ouis ad occiſionem ductus, tibiq; uſq; ad mortẽ obediens factus, atrociſſimæ necis non timuit genus ſubire? Recole totius ſalutis diſpẽſator, quia hic eſt ipſe, quem

etſi ex tua uirtute genuiſti, meæ tñ in
ſirmitatis participem fieri uoluiſti.
uere hæc eſt deitas, quæ meam iduit
naturam: quæ crucis aſcẽdit patibulũ
quæ in aſſumpta carne triſte tulit ſup
pliciũ. Reduc domine Deus meus o-
culos tuæ maieſtatis ſup opus ineffa
bilis pietatis. Intuere dulcẽ natũ toto
corpore extẽſum: cerne manus inno
xias pio manãtes ſanguine: & remit
te placatus ſcelera, quæ patrarunt ma
nus meæ. Cõſidera inerme latus cru-
deli pfoſſum cuſpide, & renoua me ſa
cro fonte, quẽ inde credo fluxiſſe. ui-
de ĩmaculata ueſtigia, quæ non ſtete
rũt in uia peccatoꝝ, ſed ſemp ambu-
lauerũt ĩ lege tua: diris ꝯfixa clauis &
pfice greſſus meos in ſemitis tuis: &
fac me odio habere benignus oẽs ui
as iniqtatis. uiã iniqtatis amoue a me
& fac me ppitius uiã ueritatis elige
re. Oro te rex ſãctoꝝ p hũc Sãctũ ſan
ctoꝝ, p hũc redẽptorem meũ, fac me
curreř uiã mãdatoꝝ tuoꝝ: ut ei ualeã
ſpiritui uniri, qui mea nõ horruit car
ne ueſtiri. Nunquid nõ attẽdis pie př

adoleſcētis filij chariſſimū caput niuea ceruice deflexa p̄cioſiſſimā reſolutū ī mortē? Aſpice mitiſſime cōditor dilectiſſimæ ſobolis hūanitatē: & miſereř ſup infirmi plaſmatis debilitatē. Candet nudatum pectus: rubet cruētum latus: tēſa arent uiſcera: decora langu ent lumina: regia pallent ora: procera rigēt brachia: crura pendent marmo rea: rigat terebratos pedes beati ſanguinis unda. Specta glorioſe genitor gratiſſimæ prolis lacerata mēbra: & memorare benignus, quæ mea ē ſub ſtātia. Cōſpicare Dei hominis pœnā & releua conditi hominis miſeriam. Vide redemptoris ſuppliciū: & redēpti dimitte delictū. Hic ē dn̄e mi, quē propter peccata populi tui percuſſiſti: licet ipſe ſit dilectus, in quo tibi bene placuiſti. Hinc eſt ille innocens in quo dolus non eſt inuentus: & tamen inter iniquos deputatus eſt.

Cōfitetur homo, ſe cauſam eē dominicæ paſſionis. cap. vij.

QVid cōmiſiſti dulciſſime puer ut ſic iudicareris? quid comiſi

ſti amātiſſime iuuenis, ut adeo male tractareris? Quod ſcelus tuū, quæ noxa tua? Quæ cauſa mortis? quæ occaſio tuæ damnationis? Ego ſum tui plaga doloris, tuæ culpa occiſionis: ego tuæ mortis meritū, tuæ uindictæ flagitiū ego tuæ paſſiōis liuor, tui cruciatus labor. O mirabilis cenſuræ cōditio, & ineffabilis myſterij diſpoſitio. Peccat iniquus, & punit̃ iuſtus: delinquit reus, & uapulat innocēs: offēdit impius, & damnat̃ pius: qđ meret̃ malus, patitur bonus: qđ perpetrat ſeruus, exoluit dñs: qđ cōmittit homo, ſuſtinet Deus. Quo nate Dei, quo tua deſcēdit humilitas? quo tua flagrauit charitas? quo ꝓceſſit pietas? quo excreuit benignitas? quo tuus attigit amor? quo ꝓuenit compaſſio? Ego enim inique egi, tu pœna mulctaris: ego facinus admiſi, tu ultione plecteris: ego crimen ædidi, tu torturæ ſubijceris: ego ſuperbiui, tu humiliaris: ego tumui, tu attenuaris: ego inobediens extiti, tu obediens ſcelus inobedientiæ luis: ego gulæ parui, tu inedia afficeris:

me ad illicitã ↄcupiſcentiã rapuit ar‑
bor, te pfecta charitas pduxit ad cru‑
cẽ: ego pſumpſi uetitũ, tu ſubijſti ecu
leũ: ego delector cibo, tu laboras pati
bulo: ego fruor delitijs, tu laniaris cla
uis: ego pomi dulcedinẽ, tu fellis gu
ſtas amaritudinẽ: mihi ridens cõgau
det Eua, tibi plorans compatitur Ma‑
ria. Ecce rex gloriæ, ecce mea impie‑
tas, & tua claret pietas: en mea iniuſti
tia, & tua liquet iuſtitia. quid rex me
us & deus meus, quid retribuam tibi
pro omnibus quæ retribuiſti mihi?
Non enim inueniri poteſt in corde ho
minis, quod condigne talibus refe‑
ratur præmijs. Nunquid ſagacitas
machinari poteſt humana, cui com‑
paretur miſeratio diuina? Nec eſt crea
turæ officium moliri, quo iuſte crea‑
tori recompenſet præſidium. Eſt au‑
tem nate Dei in hac tua admirabili di
ſpenſatione, eſt quo fragilitas mea in
aliquo ſuppeditet: ſi tua uiſitatione
compuncta mens, carnem ſuam cru‑
cifigat cum uitijs ſuis & concupiſcẽ
tijs: & hoc cum a te conceditur: quaſi

ſam tibi incipit compati, quia tu pro peccato meo dignatus es mori: ſicq; per interioris hominis uictoriam, te duce armabitur ad exteriorem palmā: quatenus deuicta pſecutione ſpiritali, nō uereatur pro amore tuo ſubijci gladio materiali. Ita exiguitas ꝯditionis, ſi tuæ placeat pietati, magnitudini ualebit pro uiribus reſpōdere creatoris. Et hæc cœleſtis medicina bone IESV, hoc tui antidotū amoris. Oro te p antiquas miſericordias tuas, infunde uulneribus meis, ꝙ reiecta uipeæ ꝯtagionis bile, redintegeret me priſtinæ incolumitati: quo guſtatū tuæ nectar ſuauitatis faciat me illecebroſa mūdi toto affectu deſpicere, & nulla eius ad uerſa pro te formidare: memorq; perpetuæ nobilitatis, ſemper faſtidiam uentos huius tranſitorij tumoris. Nihil quæſo ſine te mihi dulceſcat, nihil complaceat, nihil precioſum, nihil præter te mihi arrideat ſpecioſum: uileſcat obſecro abs te mihi omnia, ſordeant uniuerſa. Quod tibi aduerſum eſt, ſit mihi moleſtum; & tuum bene

placitũ, mihi indeficiẽs deſideriũ. Tædeat me gauderẽ ſine te: & delectet cõtriſtari ꝑ te. Sit mihi nomẽ tuũ refocillatio: & memoria tui, ꝯſolatio. Fiãt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, inueſtigãdo iuſtificationes tuas. Sit mihi bonũ lex oris tui, ſup milia auri & argẽti. Sit obedire tibi, mihi amabile: & reſiſterẽ, execrabile. Rogo te ſpes mea ꝑ omnes pietates tuas, ut ꝓpitieris impietatibus meis. Adapi aures meas mandatis tuis: & ne declines, flagito ꝑ nomẽ ſanctũ tuũ, in uerba malitiæ cor meum, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Peto etiam per admirabilem humilitatem tuam ne ueniat mihi pes ſuperbiæ: & manus peccatoris non moueat me.

Exponit hõ Deo Prĩ paſſionẽ Filij in ſuã recõciliationẽ. cap: viij.

ECce omnipotens Deus, Pater domini mei, diſpõe benignus, quæſo miſerearis mei: quoniam quicqd precioſius iueni, deuote obtuli: quicquid charius reperi, ſuppliciter præſentaui. Nihil mihi reliqui, quin tuæ

expoſuerim maieſtati: nihil iã ſupeſt quod adijciã: qa totã tibi delegaui ſpẽ meã: direxi tibi aduocatũ meũ, dilectũ Filiũ tuũ: miſi glorioſã progeniẽ iter me & te mediatorẽ: miſi inq̃ interceſſorẽ, ꝑ quẽ ꝯfido ueniã: miſi ꝟbis uerbũ, quod ꝓ meis dixi miſſũ factis: & numeraui tibi ſanctiſſime Sobolis paſſionẽ: quã pro me credo fuiſſe ꝓpeſſã. Credo a te miſſã deitatẽ, meam ſuſcepiſſe humanitatẽ: in qua dignum duxit alapas, uincula, ſputa, irriſiones perferre, necnon crucem, clauos, telumq; ſuſcipere. Hanc olim infantiæ uagitibus demolitam, pueritiæ pannis conſtrictam, iuuentutis ſudoribus uexatam, ieiunijs maceratam, uigilijs afflictam, itineribus feſſam, poſtea affectam flagris, laceratam ſupplicijs, deputatam cum mortuis, dotatam gloria reſurrectionis, cœlorum gaudio induxit: & in dextera tuæ celſitudinis collocauit. Hæc placatio mea, & propitiatio tua. Hic attende pius, quem genueris Filium, & quem rede

meris ſeruum. Hic aſpice factorem:
& ne deſpicias facturam. Amplectere
ſerenus paſtorem: & reſpice miſeri
cors allatam proprijs humeris ouem:
Hic eſt fideliſſimus paſtor ille, qui du
dũ errabũdã ꝑ abrupta mõtiũ, ꝑ preci
pitia ualliũ, multis uarijſq; quæſierat
laboribus. ꝗque iã moriẽti, iã ꝑ longa
exilia deficienti, tñ inuentæ gaudẽs ſe
ſuppoſuit: & miro ſibi anniſu charita
tis a ꝓfũda ꝯfuſſionis abyſſo leuauit:
pijſq; aſtrictã complexibus, ad nona-
gintanouẽ unam eam, quæ perierat,
reportauit: Ecce domine mi rex Deus
omnipotens, ecce paſtor bonus refert
tibi quod commiſiſti ei. Suſcepit te
diſponente ad ſaluandum hominem,
quem tibi reſtituit omni labe immu-
nem. Ecce tuum tibi chariſſimus na
tus plaſma recõciliauit, quod a te ꝓ-
cul d̃uiauit. En gregi tuo paſtor mitis
reformat, quod prædo uiolẽtus abege
rat: reddit tuis conſpectibus ſeruum
quem ſua fecerat conſciẽtia fugitiuũ:
ut qui per ſe meruit pœnã, ꝑ factionẽ
huius mereatur ueniam: cuique pro

culpis ſupererat gehenna, tāto duce iam cōfidat reuocari ad patriam. Pōtui per me ſancte pater offendere: ſed nō ualui p me placare. Factus ē adiutor meus, Deus meus, tuus dilectus Filius, meā participans humanitatē, ut curaret infirmitatē: quatenus, unde cauſa emerſerat offēſiōis, īde tibi immolaret ſacrificiū laudis: meq; p hoc redderet tue pietati placabilē, quo ſedēs ad dexterā tuā ſemp meæ ſubſtātiæ ſe oſtēderet eſſe ꝯſortē. Ecce ſpes mea, ecce tota fiducia mea. Si me pro mea (ut dignū ē) deſpicis iniqtate: reſpice me ſaltē miſericors ꝓ dilectæ ſobolis charitate. Attēde in Filio, quo ꝓpitieris ſeruo: uide carnis ſacramētū: & remitte carnis reatum. Quoties beatæ prolis tibi patent uulnera: deleteſcāt obſecro ſcelera mea: quoties rubet precioſus pio de latere ſanguis diluatur, obſecro labes meæ pollutionis. & qa caro te laceſſiuit ad irā: caro te flectat imploro ad miſericordiam: & ſicut caro me ſeduxit ad culpā: caro deducat ad ueniam. Multum nāq;

eſt, q̃d meretur mea impietas: lõge autem maius, quod redemptoris mei repoſcit iure pietas. Magna eſt enim mea iniuſtitia: fateor: uerũ maior redẽptoris iuſtitia. Quãto nãq; ſupior eſt Deus homine, tãto mea malitia inferior eſt eius bonitate in qualitate & quãti tate. Quid enim deliqt homo, q̃d nõ redemerit filius Dei, factus homo? Quæ tãta ſupbia tumeret? Quodã tñ mortis impiũ, q̃d nati Dei non deſtrueret crucis ſuppliciũ? Nimirũ Deus meus, ſi æqua lance delicta peccãtis hominis, & gratia redimẽtis librẽtur auctoris: nõ tñ Oriẽs ab occidente, ſeu inferior ſeparat infernus a ſũmo cœli cardie. Iã lucis optime creator, iã culpis ignoſce meis, p dilecti Filij tui laboribus ĩmẽſis. Iã eius queſo pietati mea ĩpietas, eius modeſtiæ mea pũerſitas, & mãſuetudini donet ferocitas. Iã ſua humilitas meam ſuperbiam, patientia impacientiã, benignitas duritiam, obediẽtia inobediẽtiam, tranquilitas inquietudinẽ, dul

cedo amaritudinẽ, ſuauitas iram, charitas lucrifaciat crudelitatem.

¶ Inuocatio Spiritusſancti. Cap. ix.

IAm Diuini Amor numinis, Patris omnipotentis, Proliſq; beatiſſimæ ſancta cõmunicatio omnipotẽs Paracletus Spiritus, mœrẽtiũ ꝯſolator clemẽtiſſime, iã cordis mei penetralibus potẽti illabere uirtute: & tenebroſa quæq; laris neglecti latibula, corruſci luminis fulgore pius habitator lætifica tuiq; roris abundãtia, lõgo ariditatis marcẽtia ſqualore, uiſitando fœcũda. Saucia interioris hoĩs arcana tui amoris iaculo: & medullas torpentis iecoris flãmis ſalutaribus penetrãdo ſuccẽde: ſanctiq; feruoris igne illuſtrãdo intima mẽtis & corporis uniuerſa depaſce. Pota me torrẽte uoluptatis tuę: ut nil iã mũdanoꝝ deguſtare libeat uenenatæ dulcedĩs. Iudica me dñe, & diſcerne cãm meã de gẽte nõ ſancta: doce me facerẽ uolũtatẽ tuã: qa Deus meus es tu. Credo ergo ꝙ quẽcũq; ĩhabitaueris, Patris pariter ac Filij domicilium ꝯdis. Beatus, qui te merebit hoſpi

tari: quoniã ꝑ te Pater & Filius apud eum facient manſionẽ. Veni iam, ueni beniginiſſime dolentis animæ conſolator, protegens in opportunitatibus, in tribulatiõe adiutor. Veni mũdator ſcele℞, curator uulne℞. Veni fortitudo fragiliũ, lãbẽtiũ releuator. Veni doctor humiliũ, đſtructor ſuꝑbo℞. Veni orphano℞ pius pr̃, uidua℞ dulcis iudex. Veni ſpes paupe℞, refocillator deficiẽtiũ. Veni nauigantiũ ſydus, naufragij portus. Veni omniũ uiuẽtiũ ſingulare đcus, moriẽtiũ unica ſalus. Veni ſanctiſſime Spiritus, uẽi & miſerere mei: apta me tibi: & condeſcende propitius mihi: ut mea tuæ magnitudini exiguitas, roboriq; tuo mea ĩbecillitas ſcđꝫ multitudinẽ tua℞ cõplaceat miſerationũ, ꝑ IESVM CHRISTVM ſaluatorẽ meũ, q cum pr̃e ĩ tua unitate uiuit & regnat in ſecula ſeculo℞. Amẽ.

Oratio hominis de ſe humiliter ſentientis. cap. X

SCio domine, ſcio & fateor, qa non ſũ dignus, quẽ tu diligas: ſed certe tu nõ es indignus, quẽ ego diligã.

Indignus q̄dē ſum tibi ſeruire: ſed tu nō es indignus ſeruitio creaturæ tuæ Da ergo mihi unde tu es dignus: & ego ero dignus unde ſum indignus Fac me quomodo uis a peccatis ceſſa re: ut quomodo d̄beo, poſſim tibi ſer uire. Cōcede mihi ſic cuſtodire, & re gere, & finire uitā meā, ut in pace dor miā, & ī te reqeſcā. Preſta mihi ī finē, ut me excipiat ſomnus cū reqe, reqes cū ſecuritate, ſecuritas ī æternitate. Amē.

Orō ad ſāctā Trinitatē. c. xi.

TE Deum Patrem ingenitum, te Filium unigenitum, te Spiritū ſanctum Paraclitum, ſāctam & indi uiduam Trinitatem toto corde & ore ꝯfitemur, laudamus, atq; bn̄dicimus: tibi gloria in ſecula ſeculorū. Amē.

Confeſſio oīpotentis Dei, & maie ſtatis eius. cap. xij.

O Summa Trinitas, uirtus una & idiſcreta maieſtas, Deus noſter omnipotēs, cōfiteor tibi ego ultimus ſeruorū tuorū, & exiguum membrū Eccleſiæ tuæ: confiteor tibi, & honori fico te debito ſacrificio laudis ꝑ ſcire

& poſſe, ꝙ mihi tātillo donare dignatus es. Et qa exteriora mihi munera deſunt, quæ poſſim offerē: ea quæ in me ſunt uota laudatiōis ex dono miſericordiæ tuæ, ecce libens atq; ouās offero tibi de fide nō ficta, & ꝯſciētia pura. Credo igitur ex toto corde domine rex cœli & terræ, & ore te ꝯfiteor Patrē & Filiū & Spiritū ſanctum, in pſonis trinū, & in ſubſtantia unū, ueꝝ Deū, oīpotētē, unius ſimplicis & incorporeæ inuiſibilis, incircūſcriptę naturæ, nihil te ſuperius aut inferius maiuſue aliquid habentē, ſed per omnem modum ſine deformitate perfectum, ſine quantitate magnum, ſine qualitate bonum, ſine tempore ſempiternū, ſine morte uitam, ſine infirmitate fortem, ſine mendacio uerum ſine ſitu ubiq; præſentem, ſine extenſione omnia implentem, ſine contradictione ubiq; occurrentem, ſine motu omnia tranſcendentem, ſine ſtatu intra omnia manentem, ſine indigentia omnia creantem, ſine labore omnia regētē, ſine tui initio oībus initia

dantē ſine tui mutatione oīa mutabi-
lia facientē: in magnitudine infinitū
in uirtute oīpotētem, in bonitate ſum
mum, in ſapientia inæſtimabilem, in
conſilijs terribilem, in iudicijs iuſtū,
in cognitionibus ſecretiſſimū, in uer-
bis ueracem, in operibus ſanctum, in
miſericordijs copioſum, erga delin-
quētes patientiſſimum, erga pœniten
tes pijſſimū: ſemꝑ eundē ipſum, æter-
num, ac ſempiternum immortalem,
atqꝫ incōmutabilē: quē nec ſpatia di-
latāt, nec breuitas locoꝝ anguſtat, nec
receptacula ulla coarctant, nec uolun
tas uariat, nec neceſſitudo corūpit, nec
mœſta ꝑturbāt, nec læta demulcēt: cui
nec obliuio tollit, nec memoria reddit.
nec præterita trāſeūt, nec futura ſucce
dūt: cui nec origo initiū, nec tp̄a incre
mētū, nec caſus finē dabit: ſed ante ſe-
cula, & in ſeculis & ꝑ ſecula in æternū
uiuis: & ē tibi perēnis laus, & æterna
gloria, ſumma poteſtas, & ſingularis
honor, perpetuum regnum, & ſine fi-
ne imperium per indefeſſa & immor-
talia ſecula ſeculorum. Amen.

Quomodo

¶ Quomodo deus generi humano ſubuenerit. Cap. xiij.

HVcuſq; omnipotẽs deus, cordis mei inſpector & ſcrutator, cõfeſſus ſum oĩpotentiã maieſtatis tuæ, & maieſtatẽ oĩpotẽtiæ tuæ: nũc aũt quaſ humanõ gñi ſubuenire dignatus es ĩ fine ſeculoꝝ, ſicut corde credo ad iuſtitiã, ita ore corã te ꝯfiteor ad ſalutem. Tu quidẽ deus Pater, ſolus nũquã & nuſq̃ legeris miſſus: de Filio autẽ tuo ita ſcribit Apoſtolus, cũ aũt uenit plenitudo tp̃is: miſit deus Filiũ ſuũ. Cũ dicit miſit: ſatis oſtẽdit, q̃ in hũc mundum miſſus aduenit, cũ de beata Maria ſemꝑ uirgine natus, uerus & ꝑfectus homo in carne apparuit. Sed q̃d eſt quod de illo ille Euangeliſtarum præcipuus ait: In mundo erat, & mundus ꝑ ipſum factus eſt: Illuc uero miſſus eſt per humanitatẽ, ubi ſemꝑ fuit & eſt per diuinitatem. Quã uidelicet miſſionem opus eſſe totius Sãctæ Trinitatis, toto corde credo, & ore confiteor. Quomõ aũt nos amaſti Pater ſãcte & bone: quãtũ nos dilexiſti pie cõ

ditor: qui etiam proprio Filio non pe percisti: ſed pro nobis impijs tradidiſti illum? Subditus tibi ille fuit uſq ad mortē, mortē aūt crucis: tollēs chirographum peccatoꝝ noſtroꝝ, & affigēs illud cruci: crucfixit pctū, & occidit mortē: unus ille inter mortuos liber: poteſtatē habēs ponēdi aīam ſuā pro nobis, & iteꝝ ſumēdi eam pro nobis. Igitur uictor & uictima: & ideo uictor, qa uictima ꝓ nobis tibi: ſacerdos, & ſacrificiū: & ideo ſacerdos, qa ſacrificiū. Merito mihi ſpes ualida in illo eſt, qa ſanabis omnes languores meos per eū, qui ſedet ad dexteram tuam, & interpellat pro nobis. Lāguores quippe mei dñe magni ſunt, & multi: multi ſunt, & magni: habet enī multa in me princeps mundi huius: ſcio & fateor: ſed rogo te, libera me per ſedētē ad dexterā tuam redemptorē noſtrū: in quo nihil ſui mali potuit inuenire. Per ipſum me iuſtifica, qui peccatum non fecit: nec innētus eſt dolus in ore eius: p ipſum caput noſtrū, in quo nulla eſt macula, libera mēbrū eius,

licet exiguũ & infirmũ: libera quæſo me a peccatis, uitijs, culpis, & negligentijs meis: reple me tuis ſanctis uirtutibus: & fac me bonis pollere moribus. fac me in ſanctis opibus tuis ꝑpter nomẽ ſanctũ tuum pſeuerare uſq; in finẽ ſcd'm tuam uoluntatem.

De fiducia habẽda in Dño Ieſu, atq; eius paſſione. Cap. xiiij.

DEſperare utiq; potuiſſem ꝑpter nimia peccata mea, & iſinitas negligentias meas, niſi Verbum tuum Deus caro fieret, & habitaret ĩ nobis. Sed deſperare iam non audeo: quia cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus per mortem Filij tui: quãto magis reconciliati, ſalui facti ſumus per eum? Omnis namq; ſpes, & totius fiduciæ certitudo mihi eſt in precioſo ſanguine eius, qui effuſus eſt propter nos, & propter noſtram ſalutem. In ipſo reſpiro, & in ipſo confiſus & ad te peruenire deſidero, nõ habens meam iuſtitiam, ſed eam quæ eſt ex Filio tuo domino noſtro Ieſu CHRISTO. Vnde gratias agimus

tibi clementiſſime & benigniſſime a-
mator hominum deus: qui per Ieſum
Chriſtum Filiū tuū dominum noſtrū
cū non eſſemus, potenter feciſti nos:
& cū perditi fuiſſemus culpa noſtra,
mirabiliter liberaſti & recupaſti nos.
Gratias ago pietati tuæ, & multas tibi
gratias refero ex totis ꝑcordijs meis
qui propter tuā ienarrabilem dilectio
nē, qua nos miſeros & indignos mira
bili bonitate amare dignatus es: miſi-
ſti eūdem unigenitū tuum de ſinu tuo
ad publicum noſtrū, ſaluare nos pec-
catores tunc, & filios perditionis. Gra
tias ago tibi pro ſancta incarnatione
& natiuitate eius, & pro glorioſa ge-
nitrice ſua, de qua ipſe carnem aſſu-
mere dignatus eſt, propter nos & pro
pter noſtram ſalutem: ut, ſicut uerus
deus ex deo, ita uerus homo ex ho
mine eſſet. Gratias tibi ago pro paſ-
ſione & cruce eius ꝑ morte & reſur-
rectione eius pro aſcenſione eius in
cœlum & ſede maieſtatis eius ad de-
xteram tuam. Ipſe enim quadrageſi-
mo die poſt reſurrectionē ſuam aſcen

dens uidentibus diſcipulis ſuper omnes cœlos, ſedenſq; ad dexteram tuã, Spiritum ſanctũ ſecundũ ꝓmiſſionẽ ſuam in filios adoptionis effudit. Gratias tibi ago pro ſacratiſſima illa effuſione precioſi ſanguinis eius, quo ſumus redẽpti: ſimul & ꝑ ſacroſancto & uiuifico myſterio corporis & ſanguinis eius, quo quotidie ĩ eccleſia paſcimur, & potamur, abluimur, & ſanctificamur & uni⁹ ſũmæ diuinitatis ꝑticipes efficimur. Grãs tibi ago pro hac tua mira & ienarrabili charitate, q̃ nos indignos ſic amaſti, & ſaluaſti per unicum & dilectum Filium tuum. Sic. n. dilexiſti mundum, ut unigenitum tuũ dares: ut omnis, qui credit in eum, nõ pereat, ſed habeat uitam æternã. Hæc eſt autẽ uita æterna; ut cognoſcamus te Deũ uerum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, per fidem rectam, & condigna fidei opera.

De immẽſa charitate Dei erga humanum genus. Cap. XV.

O Immenſa pietas, o inæſtimabilis charitas; ut liberares ſer-

tuum, Filium tradidiſti. Deus factus eſt homo, ut perditus homo de poteſtate dæmonum erueretur. Quam benigniſſimus amator hominum Filius tuus Deus noſter: cuius pijs uiſceribus nō ſatis uiſum eſt, ut ſe iclinaret. factus homo de uera uirgine Maria, niſi etiā ſubiret crucis ſupplicū, effuſo ſanguine propter nos, & pp noſtram ſalutem. Venit pius Deus, uenit pro pietate & bonitate ſua, uenit quærere & ſaluum facere quod perierat. Quæſiuit ouē perditā: quæſiuit & inuenit: & humeris ſuis reportauit ad caulas gregis. Pius dominus, & uere multum pius paſtor. O charitas, o pietas: quis audiuit talia? quis ſup tanta miſericordiæ uiſcera nō obſtupeſcat, quis non miretur, quis nō collætetur propter nimiam charitatem tuā, qua nos dilexiſti? Miſiſti Filium tuum in ſimilitudiem carnis peccati: ut de peccato damnaret peccatum: ut nos efficeremur iuſtitia tua in ipſo. Ipſe enim uerus eſt agnus īmaculatus, qui abſtulit peccata mundi; qui mortem noſ

ſtram moriendo deſtruxit, & uitam reſurgendo reparauit. Sed quid tibi retribuere poſumus Deus noſter pro tantis beneficijs miſericordiæ tuæ? quas laudes, quaſue gratiarum actiones. Etiam ſi illa beatorum angelorum ſcientia & potentia nobis foret: nihil tamen dignum tantæ pietati & bonitati tuæ recōpenſare ualeremus. Si certe omnia membra noſtra uerterentur in linguas: ad rependendū tibi debitas laudes nequaquam ſufficeret exiguitas noſtra. Supereminet enim omnem ſcientiam tua inæſtimabilis charitas, quam oſtendiſti nobis indignis pro ſola bonitate & pietate tua. Filius nanque tuus Deus noſter, non angelos, ſed ſemen Abrahæ apprehēdit, aſſimilatus nobis per omnia, abſq; peccato. Humanam itaq;, nō angelicam ſuſcipiens naturā, & eā ſtola ſanctæ reſurrectionis & immortalitatis glorificans, uexit ſup oēs cœlos, ſup omnes choros angelorum, ſup Cherubin & Seraphin, collocans ad dexterā tuam. Hanc autem laudant angeli,

adorant dominationes, & omnes uir-tutes cœloꝝ tremũt ſup ſe, & ſup ho-minẽ, Deũ. Hæc nempe mihi tota eſt ſpes, omniſq; fiducia. Eſt enim in ipſo Ieſu Chriſto dño noſtro unuſcuiuſq; noſtrum portio, caro & ſanguis. Vbi ergo portio mea regnat, ibi me regna re credo: ubi caro mea glorificat, ibi glorioſum me eſſe cognoſco: ubi ſan guis meus dominatur, ibi dominari me ſentio. Quãuis peccator ſum, de hac communione gratiæ non diffido. Et ſi peccata mea me prohibent, ſub-ſtantia mea requirit. Et ſi delicta mea me excludunt, naturæ cõmunio nõ re pellit. Nõ enim tã immitis eſt Deus, ut obliuiſcatur hominis, & nõ memi-nerit ipſius, quem ipſe geſtat: & quẽ mei cauſa ſuſcepit: eius, quẽ mei cau-ſa requirit. Mitis uero, & ualde beni-gnus eſt dominus Deus noſter: & dili git carnem ſuam, membra ſua & ui-ſcera ſua, in ipſo Deo & domino noſtro Ieſu Chriſto dulciſſimo, benigniſſimo atque clementiſſimo: in quo reſur reximus; & iam cœlos aſcendimus:

& iam in cœleſtibus conſedimus. Ca‹ ro noſtra nos diligit. Habemus aũt ſã guinis noſtri prærogatiuam in ipſo. Sumus autẽ mẽbra eius, & caro eius Ipſe deniq; eſt caput noſtrũ: ex quo to tum corpus: ſicut ſcriptũ eſt. Os ex oſ ſibus meis: & caro de carne mea. Et. E runt duo in carne una. Et. Nemo unq̃ carnem ſuam odio habet, ſed fouet & diligit eã. Myſterium hoc magnũ eſt: ego dico in Chriſto & in Eccleſia: ait Apoſtolus.

De duplici Chriſti natura: qui noſ bis miſeretur: & pro nobis inter pellat. Cap. xvj.

GRatias itaque ago tibi labiis, & corde, & oĩ qua ualeo uirtute, iſi nitæ miſericordiæ tuæ, dñe Deus noſ ſter, pro oĩbus miſerationibus tuis, ꝗ bus mirabiliter nobis ꝑditis ſubueni re dignatus es ꝑ eũdẽ Fliũ tuũ, ſaluato rẽ & recupatorẽ noſtrũ: qui mortuus eſt ꝓpter peccata noſtra: & reſurrexit propter iuſtificationẽ noſtrã: & nunc uiuẽs ſine fine, ſedet ad dexteram tuã: & interpellat pro nobis: & ſimul tecũ

miſeretur: quia Deus ē ex te Patre, coæternus & conſubſtantialis tibi per omnia: unde poteſt in ꝑpetuum nos ſaluare. Sed ſecundum id quod homo eſt: ex qua parte minor te eſt: data eſt ei omnis poteſtas in cœlo & in terra: ut in noie Ieſu omne genuflectatur, celeſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt tua, Deus Pater omnipotens. Ipſe quidem cõſtitutus eſt a te iudex uiuorũ & mortuoꝝ: tu uero non iudicas quēquã ſed omne iudiciũ tuum dediſti Filio tuo: in cuius pectore reconditi ſunt omnes theſauri ſapiētiæ & ſcientiæ. Ipſe aũt teſtis & iudex eſt: iudex & teſtis: quē nulla peccatrix conſcientia effugere poterit. Omnia enim nuda & aperta ſunt oculis eius: Ipſe ſane, qui iniuſte iudicatus eſt, iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in iuſtitia. Benedico ergo nomen ſanctum tuum in æternum, & glorifico ex toto corde meo, omnipotes & miſericors domine, pro inenarrabili &

mirabili coniunctione diuinitatis & humanitatis, in unitate pſonæ: ut non alter Deus, alter homo eſſet: ſed unus idemq́ Deus & homo, homo & Deus Sed licet mirabili dignatione Verbũ caro factũ ſit: neutra tamẽ ex duabus naturis in aliam mutata eſt ſubſtantiã Trinitatis myſterio quarta nõ eſt addita perſona. unita quippe eſt, nõ confuſa, Verbi Dei hominiſq́ ſubſtantia ut in Deum, quod ex nobis ſuſceptũ fuerat, perueniret: & illud, quod nunquã fuerat, idẽ qđ ſemp fuerat, pmaneret. O admirabile myſterium: o inenarrabile cõmercium: o mira, ſemperq́ miranda, ſemperq́ amanda diuinæ ꝓpitiationis benignitas. Serui digni non fuimus: & ecce filij Dei facti ſumus: heredes quidem Dei, coheredes autem Chriſti. Vnde hoc nobis? & quis nos ad hoc perduxit? Sed rogo te clementiſſime Pater Deus per hãc inæſtimabilem pietatem, bonitatem, & charitatem tuam: ut dignos nos facias multis & magnis promiſſionibus eiuſdẽ Filij tui domini noſtri IE

SV Chriſti. Manda uirtuti tuæ: & cõfirma hoc quod opatus es in nobis: perfice quod cœpiſti: ut ad plenã tuæ pietatis gratiã mereamur puenirẽ. Fac nos p Spiritũ ſanctũ itelligere, & mereri, & debito ſemp honore uenerari hoc magnũ pietatis myſterium: qđ manifeſtatũ eſt in carne: iuſtificatũ eſt in ſpiritu: apparuit angelis: prædicatũ eſt gentibus: creditum eſt in mundo: aſſumptum eſt in gloria.

De gratia Deo habenda pro beneficio redẽptionis. Cap. xvij.

O Quãtum ſumus tibi debitores dñe Deus noſter, tanto redempti precio, tãto ſaluati dono, & tã glorioſo adiuti beneficio. Quãtum a nobis miſeris es timẽdus, amãdus, benedicẽdus, laudãdus, honorãdus, & glorificandus: qui nos ſic amaſti, ſic ſaluaſti ſic ſanctificaſti, ſic ſublimaſti. tibi nẽpe debemus omne quod poſſumus: omne quod uiuimus: omne quod ſapimus. Sed quis habet quicquam nõ tuum? Tu domine Deus noſter, à quo bona cuncta procedunt, propter te

& nomen ſanctũ tuũ, da nobis de bo-
nis tuis: ut de bonis ac datis tuis ſer-
uiamus tibi: & in ueritate placeamus:
atque debitas quotidie laudes repen-
damus tibi pro tantis beneficijs miſe-
ricordiæ tuæ non enim aliunde poſſu-
mus tibi ſeruire, neq; placere, niſi de
tuo munere. Omne enim datum opti-
mum, & omne donum pfectum de-
ſurſum eſt, deſcedẽs a Patre luminũ
apud quẽ nõ eſt tranſmutatio, nec ui-
ciſſitudinis obũbratio. Dñe Deus no-
ſter, Deus pie, Deus bone, Deus omni-
pontens, Deus ineffabilis, & incircun-
ſcriptæ naturæ, Deus inſtitutor omni
um rerum, & domini noſtri Ieſu Chri
ſti Pater, qui eundem dilectum Fi-
lium tuum dominum noſtrum dul-
ciſſimum miſiſti de ſinu tuo ad publi
cum profectum noſtrum, ſuſcipere
uitam noſtram: ut nobis donaret ſuã
eſſetq; pfectus Deus ex te Patre, & per
fectus homo ex matre, totus Deus, &
totus homo, unus idemq; Chriſtus:
æternus & temporalis, immortalis &
mortalis, creator & creatus, fortis

& infirmus, uictor & uictus, nutrior & nutritus paſtor & ouis, temporaliter mortuus & tecũ uiuẽs in æternũ: ſuis dilectoribus uitæ municipiũ ꝓmittẽs ſuis diſcipulis dixit. Quodcunq; petieritis Patrẽ in noĩe meo, dabit uobis Per ipſum ſummũ ſacerdotẽ & uerũ pontificem & bonum paſtorẽm, qui ſe tibi obtulit in ſacrificium, ponens animam ſuam pro grege ſuo: te rogo per ipſum qui ſedet ad dexteram tuã & interpellat pro nobis: redemptorẽ & aduocatum noſtrum, pietati & bonitati tuæ ſupplico clemẽtiſſime, amãtiſſime & benigniſſime amator hominum Deus, ut des mihi cum eodem Filio tuo & Spiritu ſancto, te in omnibus benedicere & glorificare cũ multa cordis contritione & lachrymarũ fonte, cum multa reuerentia & tremore: quia quorum una eſt ſubſtantia, unum eſt & datum. Sed quoniam corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam: excita quæſo torporem meum tuis ſtimulis: & fac me ſtrennue perſeuerare in præceptis & laudibus tuis

die ac nocte. Tribue ut concaleat cor meũ intra me: & in meditatione mea exardeſcat ignis. Et q̄a ipſe tuus unicus natus dixit: Nemo uenit ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum: Et Nemo uenit ad Patrē, niſi per me: obſecro, & ſuppliciter rogo, trahe me ſē ꝑ ad ipſum: ut ipſe me tandē ꝑducat, ad te illuc, ubi ipſe eſt in dextera tua ſedēs: ubi eſt ſempiterna uita, ſempiterne beata: ubi eſt amor ꝑfectus, & timor nullus: ubi eſt dies æternus, & unus, & oīum ſpiritus: ubi ſumma & certa ſecuritas, & ſecura trāq̄llitas, & tranq̄lla iucūditas, & iucūda felicitas, & felix æternitas, & æterna beatitudo, & beata tui ſine fine uiſio atq̄ laudatio ubi tu cū illo, & ille tecū in cōmunione Sancti Spiritus æternaliter ac ſempiternaliter uiuis & regnas Deus per oīa ſecula ſeculorum. Amen.

Oratio ad Chriſtum.

Cap. xviij.

SPes mea CHRISTE Deus, hominum tu dulcis amator, Lux uia, uita, ſalus, decor, & decus omne

tuorum, Omnia pro quœrũ uoluiſti ferre ſalute. Cernito uincla, crucem, uulnus, mortem, atque ſepulchrum: Poſt tres inde dies de uicta morte reſurgēs, Diſcipulis uiſus, nutātia corda reformās, Luce quaterdena cœloq; ſumma petiſti: Viuus in æternũ, nunc & p ſecula regnās. Tu es Deus meus uiuus & uerus, pater meus ſanctus, dñs meus pius rex meus magnus, paſtor meus bōus, magiſter meus unus adiutor meus optĩus, dilectus me' pulcherrimus, panis meus uiuus, ſacerdos meus in æternũ, dux meus ad patriam, lux mea uera, dulcedo mea ſancta, uia mea recta ſapientia mea preclara, ſimplicitas mea pura, concordia mea pacifica, cuſtodia mea tuta, portio mea bona, ſalus mea ſempiterna miſericordia mea magna, patientia mea robuſtiſſima, uictima mea immaculata, redemptio mea ſancta, ſpes mea firma, charitas mea perfecta, reſurrectio mea uera, uita mea æterna, exultatio & uiſio mea beatiſſima & ſine fine manſura. Te deprecor

ſupplico,

ſupplicio, & rogo, ut p te ambulē, ad te pueniā, in te reqeſcā: q es uia, ṽita s. & uita: ſine qua nemo uenit ad Patrē. Te eni deſidero dulciſſimū & pulcherrimū dominū, o ſplēdor paternæ gloriæ qui ſedes ſuper Cherubin, & intueris abyſſos: lumen ueridicum, lumen illuminans, lumen indeficiens. in quem deſiderant angeli proſpicere. Ecce cor meum coram te eſt: diſcute tenebras eius: ut amoris tui claritate plenius perfundatur. da mihi deus meus te, redde mihi te. En amo te: & ſi paruum eſt, amem ualidius. Non poſſum metiri, ut ſciam quantum deſit mihi amoris tui ad id quod ſatis eſt: ut currat uita mea in amplexus tuos: nec auertatur donec abſcondatur in abſcondito uultus tui. Hoc tamen ſcio: quia male mihi eſt præter te domine, non ſolum extra me, ſed in meipō. Omnis enim copia, quę deus meus non eſt egeſtas mihi eſt. bonum nāq; quod neq; ī melius neq̄ in deterius cōmutari poteſt tu ſolus es: qui ſimpliciter ſolus es: cui nō eſt

aliud uiuere, & aliud beate uiuere: quia tua beatitudo tu es. Creatura uero tua, cui eſt aliud uiuere, & aliud beate uiuere: omne quod uiuit, & beate uiuit, nõ debet niſi gratiæ tuæ attribuer. Et ideo nos egemus tui, nõ tu noſtri: quia ſi omnino nõ eſſemus, nihil tibi deeſſet ad bonũ, quod tu es. Tibi itaq; domino Deo nro ſemꝑ adhærere neceſſe habemus: utꝑ ꝯ tinuũ auxiliũ tuũ, ſancte, & pie, & recte uiuere ualeamus. Pondere ſiquidẽ fragilitatis nr̃æ deorſum trahimur: dono autem tuo accẽdimur, & ſurſum ferimur: inardeſcimus, & imus: aſcendimus: aſcenſiones in corde facimus: & cantamus cãticum graduum: igne tuo, bono inardeſcimus, & imus. quo ꝫ iam ſurſum imus, ad pacem Hieruſalem. Quam iucũdatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus. Illic collocauit nos uoluntas bona: ut nihil uelimus aliud, q̃ permaner illic in æternum. Sed quia, dũ ſumus in corpore, peregrinamur a te domine: non habemus hic ciuitatem manentem,

ſed futurã ingrimus; noſter aũt municipatus in cœlis ẽ: ideo duce gratia ingredior in cubile cordis mei; & canto tibi amatoria Rex meus, & Deus meus, gemẽs inenarrabile gemitus ĩ loco peregrinatiõis meæ: ubi cãtabiles mihi factæ ſũt iuſtificãtiões tuæ & recordãs Hieruſalẽ, extendo in eã ſenſũ cordis: Hieruſalẽ patriã meã: Hieruſalẽ matrẽ meã, teque ſup eã regnatorẽ illuſtratorẽ, patrẽ, tutorẽ patronũ, rectorẽ, paſtorẽ, caſtas & fortes delitias ſolidũ gaudiũ, & oĩa bona ineffabilia: ſimul omnia: quia unũ ſummum & uerum bonum. & non auertar, donec in eius pacem matris chariſſimæ, ubi ſunt primitiæ ſpiritus mei, colligas totũ, quod ſum, a diſperſiõe, & deformitate hac: & cõformes, atq; ꝯfirmes ĩ æternũ, Deus me', miſericordia mea

Diſtinguit inter Sapiẽtiã, quæ domus Dei eſt, & Sapientiam, quæ diuina eſt. cap. xix.

HÆc ẽ domus tua Deus, nõ terrena, neq; ulla mole corporea creata, ſed ſpiritalis, & particeps æter-

nitatis tuæ: quia ſine labe manet in æternũ. Statuiſti enim eã in ſeculũ & in ſeculũ ſeculi, præceptũ poſuiſti & nõ præteribit. Nõ tñ tibi deo coæterna quã nõ ſine initio: facta eſt enim. Prior quippe omniũ creata eſt ſapiẽtia: non utique illa Sapiẽtia deo Patri plane coæterna & coæqualis per quã creata ſunt omnia: & in quo principio factum eſt cœlum & terra: ſed profecto ſapientia quæ creata ẽ: ſpiritalis natura ſcilicet: quæ contemplatione luminis lumen eſt. dicitur enim & ipſa (quãuis creata) ſapientia. Sed quantum diſtat inter lumen illuminans & lumen quod illuminatur: tantum differt inter te Summã Sapientiam quæ eſt creãs & iſtam quæ creata eſt: ſicut inter Iuſtitiam iuſtificantem quæ tu deus noſter es & iuſtitiam quæ iuſtificatione noſtra facta eſt. Nam & nos ſumus dicti iuſtitia dei Patris in te Filio eius domino noſtro: teſtante Apoſtolo. Ergo quia prior omnium creata eſt quædam ſapientia: quæ creata eſt mens rationalis & intellectualis,

caſtæ ſcilicet ciuitatis tuæ, matris no
ſtræ, quæ ſurſũ eſt, & libera ẽ, & æter-
na in cœlis, (qbus cœlis: niſi q te lau-
dant cœli cœloꝝ: qa hoc eſt & Cœlũs
cœli domino) et ſi nõ inuenimus tem-
pus ante illã, quæ creaturã tẽporis an
tecedit: qa prior omniũ creata eſt: ante
illã tñ tu es deus æternus creator oĩm
a quo facta ſumpſit exordium, quam
uis non temporis, quia nondum erat
tempus, ipſius tamen cõditionis ſuæ.
unde ita eſt abs te domino Deo no-
ſtro, ut aliud ſit plane q̃ tu: licet nec
ante illã, nec in illa inueniamus tem-
pus. Eſt enim idonea faciem tuã ſem-
per uidere: nec uſpiam deflectitur ab
ea: quo fit ut nulla mutatione uarie-
tur. Ineſt tamen ipſi mutabilitas: qua
tenebreſceret & frigeſceret, niſi amo
re grandi cohærens tibi tanquam ſu-
per meridiem, luceret, & ferueret ex
te. Deniq; tam caſto amore cohæret,
tibi Deo uero, & uere æterno: ut, quã-
uis tibi non ſit coæterna, per nullius
tamen temporis uarietates & uiciſſi
tudines a te reſoluatur & deflua, ſed

in tui ſollus uerisſima contemplatio ne requieſcat. Quoniam ut Deus diligenti te quantum præcipis, oſtēdis te: & ſufficit ei. Vnde nō declinat a te, nec a ſe: ſed ſemp̱ ī eodē ſtatu manet, te indeſinenter uidēdo, te indeficiēter amādo, ueꝶ lumē, & caſtū amorē. O beata iſta & ſublimis creatura creaturaꝶ, maxime beata inhærēdo ſemper beatitudini tuæ: felix, & nimiū felix, te ſempiterno inhabitatore atq̄ illuſtratore ſuo. Nec inuenio q̄d licentius appellandum exiſtimemus, Cœlum cœli domino. quam domum tuam, contemplantem delectatiōem tuam ſine defectu, & abſq; affectu egrediendi in aliud, mentem puram, concordisſime unam, ſtabilimentum pacis beatorum ſpirituum. In cœleſtibus ſunt iſta cœleſtia. Vnde intelligat anima, cuius peregrinatio longinqua facta eſt: ſi iam ſitit: ſi iam factæ ſunt ei lachrymæ ſuæ panes ſui: ſi iam petat unam, & hanc requirat: ut inhabitet in domo tua p̱ omnes dies uitæ ſuæ. Et quæ uita eius, niſi tu? Et qui dies

ſui, niſi æternitas tua? ſcilicet ãni tui, qui non deficient. Hic ergo intelligat anima, quæ poteſt: q̃ lõge ſup omnia tpa ſis æternus. qñ domus tua, quæ peregrinata nõ eſt, quãuis tibi nõ ſit coeterna. indeſinẽter tñ & indeficiẽter cohærẽdo tibi, nullã tẽporis patitur uarietatẽ: teq; ſemp perſeuerãtiſſima caſtitate hauriens imutabilitatẽ ſuã, nuſq̃ & nunq̃ exit ex te ſibi præſente ad quẽ toto affectu ſe tenet: nõ habẽs futuꝝ, quod expectet: nec præteritũ trãſiens, quod meminerit: p nullas uices uariat: & in nulla tpa extẽdit.

Orat homo ut ipſa domus Dei oret pro eo. cap. xx.

O Domus dei luminoſa & ſpecioſa, dilexi decorem tuum, & locum habitationis gloriæ domini dei mei fabricatoris & poſſeſſoris tui. tibi ſuſpiret pegrinatio mea: nocte ac die tibi inhiet cor meum: tibi intẽdat mens mea: ad ſocietatem beatitudinis tuæ peruenire deſideret anima mea. Dico ei qui fecit te: ut poſſideat me i te; q̃a ipſe fecit me, & te. Immo

tu dic, tu roga, ut dignū me faciat participatione gloriæ tuæ. Sāctā eni ſocietatē tuā, & mirabilē pulchritudinem tuā, nō p meritū regro: ſed p ſanguinē eius, quo redēptus ſū, adipiſci non deſpo: tantū adiuuēt me merita tua: ſubueniant prauitati meæ ſanctæ & puriſſimæ orationes tuæ: quæ ineffi caces apud Deum nullatenus eſſe poſſunt. Erraui fateor, ſicut ouis perdita: & incolatus meus prolongatus eſt atq; procul proiectus ſum a facie domini Dei mei in hāc exilij cæcitatem. ubi expulſus a paradiſi gaudijs, ēplo ro quotidie mecū ſuper miſerias captiuitatis meæ lugubre carmen, ingenteſq; lamentationes, cum recordor tui mater Hieruſalem: dum ſtant pedes mei i atrijs tuis, ſancta & decora Sion, necdum interiora tua conſpicere in propatulo ualēs: ſed in humeris paſtoris mei, ſtructoris tui, ſpero me reportari tibi: ut tripudiem tecum illo inenarrabili gaudio, quo lætātur illi qui tecū ſunt corā ipſo, Deo & ſaluatore noſtro: qui diſſoluit inimici

ctias i carne ſua:& pacificauit oĩa quæ in cœlis ſunt,& quæ in terra, ſangui ne ſuo. Ipſe eni ē pax nr̃a, q fecit utra q; unũ: q duos ex aduerſo uenientes parietes ꝯiungens in ſe, beatitudinis tuæ ꝑmanētem felicitatē pari modo, & eadem menſura ſe nobis daturum promiſit, dicens. Erunt æquales ange lis Dei in cælis. O Hieruſalē, domus Dei æterna, poſt CHRISTI dilectionē, tu eſto lætitia & cõſolatio mea: dulcis memoria tui beati nomis, ſit releua tio mœroris tædiorumq; meorum.

Deplorat miſeriam præſentis uitæ. cap. xxi.

TÆdet enim me domine ualde uitæ huius, & iſtius ærumno ſæ peregrinationis. Vita hæc, uita miſera, uita caduca, uita incerta, uita laborioſa, uita immunda, uita domi na malorum, regina ſuperborum, plena miſerijs & erroribus: quæ non eſt uita dicenda, ſed mors: in qua momentis ſingulis morimur, per ua rios mutabilitatis defectus diuerſis generibus mortiũ. Nũquid ergo hoc

quod uiuimus in hoc mundo dicere poſſumus uitã: q̃ humores tumidant dolores extenuãt: & ardores exſiccãt arida morbidãt: eſcæ iflãt, ieiunia macerant: ioci diſſoluunt, triſtitiæ conſumũt: ſolicitudo coarctat, ſecuritas hebetat: diuitiæ inflãt & iactant, paupertas deiicit: iuuẽtus extollit, ſenectus ĩcuruat: ĩfirmitas frãgit, mœror deprimit: Et his malis oĩbus mors furibũda ſuccedit: ſimulq̃ cũctis gaudijs iſtius miſeræ uitæ ita finẽ imponit, ut, cũ eſſe deſierit, nõ fuiſſe putet. Mors iſta uitalis, & uita mortalis, licet his alijſq̃ ſit reſpſa amaritudinibus: (ꝓh dolor) q̃ plurimos ſuis capit illecebris: & q̃ multos ſuis falſis ꝓmiſſionibus, decipit. Et cũ ita ꝑ ſe ſit falſa & amara, ut ẽt ſuos cæcos amatores lateř non ualeat: tñ infinitã ſtultorũ multitudinẽ aureo calice, quẽ ĩ manu habet, potat, & prorſus inebriat. Felices illi, & ipſi rari, qui familiaritatem eius recuſant, per functoria gaudia ſpernũt: ſocietatem abijciunt: ne cum pereunte deceptrice & ipſi perire cogantur.

De felicitate uitæ futuræ. cap. xxij.

O Tu uita, quã præparauit Deus his qui diligũt eũ. uita uitalis, uita beata, uita ſecura, uita trãquilla, uita pulchra, uita mũda, uita caſta, uita ignara mortis, neſcia triſtitiæ, uita ſine labe, ſine dolorẽ, ſine ãxietate, ſine corruptiõe, ſine pturbatiõe, ſine uarietate & mutatiõe, uita totius elegãtiæ & dignitatis pleniſſima, ubi nõ eſt aduerſarius impugnãs: ubi nulla peccati illecebra: ubi ẽ amor pfectus, & timor nullus: ubi dies æternus, & unus oĩum ſpirit⁹; ubi Deus facie ad faciẽ cernit: & hoc uitæ cibo mẽs ſine defectu ſatiat: libet me tuæ intẽdere claritati: delectãt me bona tua auido corde, quãtũ plus ualeo, mecũ conſiderare: tãto tui amore lãgueo: tui uehemẽti deſiderio, tuiq; dulci memoria delector. libet itaq;, libet cordis in te oculos attollere, ſtatũ mẽtis erigere, affectũ animi cõformare: libet ſane de te loqui, de te audire, de te ſcribere, de te conferre, de tua beatitudine & gloria quotidie legerẽ, & lecta ſæpius ſub

corde reuoluere : ut uel ſic poſſim ab huius mortalis pituræq; uitæ ardoribus, piculis, & ſudoribus, ſub tuæ uitalis auræ dulci refrigerio tranſire, & trāſiens in ſinu tuo feſſū caput dormiturus uel paululū reclinare. Huius rei gratia ſcripturaꝝ ſanctaꝝ amœna prata igredior: uiridiſſimas ſentētiaꝝ herbas exarando carpo, legēdo comedo, frequētādo rumino, atq; ꝯgregādo ĩ alta memoriæ ſede repono; ut tali mō tua dulcedine ḋguſtata, minus ſ} iſtius miſerimæ uitæ amaritudine ſentiā. O uita feliciſſima; o regnum uere beatum, carēs morte, uacans fine: cui nulla tempora ſuccedunt per æuum: ubi continuus ſine nocte dies neſcit habere tempus: ubi uictor miles illis hymnidicis angelorū ſociatus choris, cantat Deo ſine ceſſatione canticum de canticis Sion: Nobile perpetua caput amplectente corona. Vtinam conceſſa mihi peccatorū uenia, moxq; hac carnis ſarcina depoſita, in tua gaudia ueram requiem habiturus intrarem: & tuæ ciuitatis præclara atq; ſpecioſa

mœnia,coronam uitæ de manu domi-
ni accepturus,ingrederer:ut illis ſan-
ctiſſimis choris intereſſem: ut cũ bea-
tiſſimis ſpiritibus gloriæ conditoris
aſſiſterem:ut præſentem CHRISTI
uultum cernerem:ut illud ſummum
& ineffabile & incircũſcriptum lumẽ
ſemper aſpicerem: ſicq; nullo metu
mortis affici,ſed de incorruptionis ꝑ-
petuæ munere lætari poſſem ſine fine.

De felicitate animæ ſanctæ hinc emigrantis. cap. xxiij

FElix anima,quæ terreno reſoluto corpore libera cælum petit:ſecu-
ra eſt,& trãquilla:nõ timet hoſtẽ neq;
mortẽ:habet eni ſemꝑ præſentẽ, cer-
nitq; ideſinẽter pulcherimũ dominũ,
cui ſeruiuit,quẽ dilexit:& ad quẽ tan-
dẽ læta & glorioſa ꝑuenit.hãc ꝑo tã-
tæ beatitudinis gloriã nulla dies mi-
nuet,nullus improbus poterit auferre
Viderũt eã filiæ Siõ:& beatiſſimã præ
dicauerunt,reginæ, & cõcubinæ lau-
dauerunt eam dicentes.Quæ eſt iſta,
quæ aſcendit de deſerto,delitijs afflu-
ens,innixa ſuper dilectum ſuũ? Quæ

eſt iſta quæ progredif ſicut Aurora ꝯſurgens: pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut caſtroꝝ acies ordinata? Quā læta exit, feſtinat, currit cū dilectū ſuū ſibi dicētē attonitis auribus audit. Surge, propera amica mea, ſpecioſa mea, & ueni: iā enim hyems trāſiit: imber abijt & receſſit: flores apparuerunt in terra nr̄a: tēpus putationis aduenit: uox turturis audita eſt in terra nr̄a: ficus protulit groſſos ſuos: florētes uineæ dederūt odorē ſuū. Surge ꝓpera amica mea, formoſa mea, colūba mea, in foraminibus petræ, in cauernis maceriæ: oſtende mihi faciem tuam: ſonet uox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Veni electa mea, ſpecioſa mea, columba mea, immaculata mea, ſponſa mea, ueni: & ponam in te thronum meum: quia concupiui ſpeciem tuā. Veni, ut læteris in cōſpectu meo cum angelis meis: quorum tibi ſocietas: ī me repromiſſa eſt. Veni poſt multa pericula & labores: intra in gaudiū domini tui: quod nemo tollet a te.

Sanctorum innocatio. cap. xxiiij

FElices ſancti Dei omnes, qui iam pertranſiſtis huius mortalitatis pelagus: & puenire meruiſtis ad portũ ppetuæ qetis, ſecuritatis, & pacis, ſecuri & tranqlli, ſemperq; feſtiui atq; gaudētes: obſecro uos p ueſtrã charitatẽ, qui ſecuri eſtis de uobis, ſoliciti eſtote de nobis: ſecuri eſtis de ũra immarceſibili gl'ia: ſoliciti eſtote de nr̃a multiplici miſeria. p ipſũ uos rogo, q uos elegit, q uos tales fecit: de cuius pulchritudine iã ſaciamini, de cuius ĩmortalitate iam ĩmortales facti eſtis: de cuius beatiſſima uiſione ſemp gaudetis: eſtote iugiter memores noſtri: ſubuenite nobis miſeris, qui adhuc ĩ ſalo huius uitæ circunſtãtibus agitamur procellis. Vos portæ pulcherrimæ, quæ in magnã ſurrexiſtis altitudinem: adiuuate nos, uile pauimẽtũ, longe inferius iacentes. Date manũ, & erigite iacentes ſuper pedes; ut cõualeſcentes de infirmitate fortes efficamur in bello. Intercedite, & orate

conſtanter atq; indeſinēter pro nobis miſeris, multūq; negligētibus peccatoribus: ut p ueſtras oratiões ueſtro ſācto ꝯſortio ꝯiūgamur: qa aliter ſalui eſſe nõ poſſumus. Sumus nãq; ualde fragiles, nullius uirtutis homūciones, aīalia uētris & carnis mãcipia: in qbus uix aliqd' uirtutis ueſtigiū apparet. Et tñ ſub CHRISTI ꝯfeſſiõe poſiti, ligno crucis ferimur, nauigantes hoc mare magnū & ſpatioſū: ubi ſūt reptilia, quoꝝ nõ ē numerus: ubi ſūt aīalia puſilla cū magnis: ubi ē draco ſæuiſſimus, ſemp paratus ad deuorãdū: ubi ſūt loca periculoſa, Scylla & Charybdis, & alia innumerabilia, in qbus naufragant incauti, & i fide dubij. Orate dominū, orate piiſſimi, orate oīa agmina ſãctoꝝ, & uniuerſi cœtus beatoꝝ: ut ueſtris pcibus meritiſq; adiuti, ſalua naue & ītegris mercibus peruenire mereamur ad portū perpetuæ ſalutis & quietis, & continuæ pacis, & nunq̃ finiendæ ſecuritatis.

Animæ deſiderium ad cœleſtem Hieruſalem: cap. XXV.

Mater

MAter Hieruſalem, ciuitas ſancta Dei, chariſſima ſponſa CHRISTI, te amat cor meum: pulchritudinem tuam nimiũ deſiderat mẽs mea. O q̃ decora, q̃ glorioſa, q̃ generoſa tu es. Tota pulcra es: & macula non eſt in te. Exulta & lætare formoſa filia principis. quia concupiuit rex ſpeciẽ tuam: & amauit decoré tuum ſpecioſus præ filijs hominum. Sed qualis ẽ dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima? Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus iter filios. Sub umbra eius, quẽ deſideraui ecce læta ſedeo: & fructus eius dulcis gutturi meo. Dilectus meus miſit manũ ſuam per foramen: & uenter meus intremuit ad tactũ eius. In lectulo meo per noctẽ quæſiui quẽ diligit anima mea: quæſiui & inueni: teneo nec dimittam illum donec introducat me in domũ ſuam & in cubiculũ ſuũ glorioſa genetrix mea. Ibi enĩ dabis mihi dulciſſima ubera tua abũdantius & perfectius; & ſatiabis me

ſatietate mirifica; ut nec eſuriam, nec ſitiam in æternum. Felix anima mea, ſemperq; felix in ſecula, ſi intueri me= ruero gloriam tuam, beatitudinē tuā pulchritudinem tuā, portas & muros tuos, & plateas tuas, & māſiones tuas multas, nobiliſſimos ciues, tuos, & for tiſſimū regem tuū dn̄m noſtrū in de= core ſuo. Muri nāq; tui ex lapidibus precioſis: portæ tuæ ex margaritis op timis: plateæ tuæ ex auro puriſſimo: in q̄bus iucūdum Alleluia ſine intermiſ ſione ꝯcinitur. Manſiones tuæ multæ, quadris lapidibus fundatæ, ſaphy= ris ꝯſtructæ, laterculis coopertæ aure is: in quas nemo ingreditur, niſi mun dus. nullus habitat inquinatus. Spe= cioſa facta es & ſuauis in delitijs tuis mater Hieruſalē. Nihil in te tale, qua= le hic patimur, qualia in hac miſera uita cernimus. Nō ſunt in te tenebræ, aut nox, aut q̄libet diuerſitas tēpoꝝ. Nō lucet in te lux lucernæ, aut ſplen= dor Lunæ uel iubar ſtellaꝝ: ſed Deus de deo, lux de luce, Sol iuſtitiæ, ſemꝑ illuminat te; Agnus imaculatus, & cā

didus, lucidũ & pulcherrimũ ē lumē tuũ Sol tuus, & claritas tua, & oē bo- nũ tuũ, huius pulcherrimi regis īdefi ciens contēplatio. Ipſe rex regũ in me dio tui: & pueri eius in circuitu eius. Ibi hymnidici angelorũ chori: ibi ſo- cietas ſupernorum ciuium: ibi dulcis ſolēnitas omniũ ab hac triſti peregri natione ad tua gaudia redeuntiũ: ibi prophetaꝝ ꝓuidus chorus: ibi duode nus Apoſtoloꝝ numerus: ibi innume rabilium martyꝝ uictor exercitus: ibi ſanctoꝝ ꝯfeſſoꝝ ſacer ꝯuētus: ibi ueri & ꝑfecti mõachi: ibi ſanctæ mulieres ꝙ uoluptates ſeculi & ſexus īfirmita tē uicerũt: ibi pueri & puellæ, qui an- nos ſuos ſanctis moribus tranſcende runt: ibi ſunt oues & agni qui iā hu- ius uoluptatis laqueos euaſerũt: ex- ultant oēs in proprijs māſionibus: di ſpar eſt gloria ſinguloꝝ: ſed cõmunis eſt lætitia oīum. Plena & ꝑfecta ibi re gnat charitas q͞a Deus eſt ibi oīa in oī bus: quem ſine fine uidēt: & ſine fine ſemꝑ uidēdo i eius amore ardēt amāt & laudant: laudant & amant. Omne

opus eo҂ laus Dei ſine fine ſine defe ctione ſine labore. Felix ego & uere i perpetuũ felix ſi poſt reſolutionẽ hu ius corpuſculi audire meruero illa cã tica cœleſtis melodiæ, quæ cantantur ad laudem regis æterni ab illis ſuper næ patriæ ciuibus beatorumq; ſpiri tuum agminibus. Fortunatus ego, ni niumque beatus ſi & ego ipſe merue ro cãtare ea & aſſiſtere regi meo: Deo meo & duci meo & cernere eũ in glo ria ſua: ſicut ipſe polliceri dignatus ẽ dicens Pater uolo ut quos dediſti mi hi ſint mecum: ut uideant claritatem meam quã habui apud te ante conſti tutionem mundi. Et alibi. Qui mihi miniſtrat me ſequat: & ubi ſum ego, illic & miniſter meus erit. Et iterum. Qui diligit me diliget a Patre meo: & ego diligam eum; & manifeſtabo ei meipſum.

Hymnus de gl'ia paradiſi. cap. xxvj.

AD perennis uitæ fontem mens ſi tiuit arida: Clauſtra carnis præ ſto frangi clauſa q̃rit anima: Gliſcit, ambit, eluctatur exul frui patria: Dũ

preſſuris ac ærumnis ſe gemit obno-
xiam, Quam amiſit, cū deliquit, cōtē
platur gloriam. Preſens malū auget
boni perditi memoria. Nam quis pro
mat ſummæ pacis quanta ſit lætitia?
Vbi uiuis margaritis ſurgūt ædificia:
Auro celſa micant tecta: radiāt tricli-
nia. Solis gēmis p̄cioſis hæc ſtructu-
ra nectit. Auro mūdo tāq̄ uitro urbis
uia ſternit. Abeſt limus: deeſt fimus:
lues nulla cernit. Hyems horrēs, eſtas
torrens illic nunq̄ ſæuiunt. Flos ꝑpe-
tuus roſaꝝ, uer agit ꝑpetuū: Candent
lilia: rubeſcit crocus ſudat balſamū:
Virēt prata: uernāt ſata: riui mellis in
fluunt. Pigmētoꝝ ſpirat odor, liquor
& aromatū: Pendēt poma floridoꝝ nō
lapſura nemoꝝ. Nō alternat Luna ui-
ces, Sol, uel curſus ſyderum: Agnus
eſt felicis urbis lumē iocciduū: Nox
& tp̄s deſunt ei: diē fert ꝯtinuum: Nā
& ſancti quiq; uelut Sol preclarus ru
tilant: Poſt triumphum coronati mu
tuo cōiubilant. Et ꝓſtrati pugnās ho
ſtis iā ſecuri numerāt. Omni labe de-
fecati, carnis bella neſciūt. Caro facta

ſpiritalis & mēs unum ſentiūt: Pacē multa perfruentes, ſcādala nō pferūt Mutabilibus exuti, repetunt originē. Et præſentē ueritatis ꝯtemplantur ſpeciē. Hinc uitalē uiui fontis hauriunt dulcedinē. Inde ſtatū ſemp ijdē exiſtētes capiūt. Clari, uiuidi, iucūdi, nullis patēt caſibus. Abſunt morbi ſemp ſanis: ſenectus iuuenibus. Hinc perēne tenent eſſe: nā trāſire trāſit. Inde uirēt uigent, florēt: corruptela corruit: Immortalis uigor atræ mortis ius abſorbuit. Qui ſciētē cūcta ſciunt: quid hi ſcire nequeunt? Nā & pectoris arcana penetrant alterutrū. Vnū uolūt: unum nolūt: unitas eſt mētiū. Licet cuiq; ſit diuerſum pro labore meritum. Charitas hæc ſuū facit: quod, dū amat alterū: propriū ſic ſingulorū, cōmune fit omniū. Vbi corpus, illic iure congregantur aquilæ. Quo cum angelis & ſanctæ recreantur animæ. Vno pane uiuūt ciues utriuſq; patriæ. Auidi, & ſemper pleni, quod habent deſiderant. Non ſatietas faſtidit: neq; Fames cruciat. Inhiantes ſemper edunt, &

edentes inhiant. Nouas ſemꝑ harmo
nias uox meloda ꝯcrepat; Et in iubilū
prolata mulcent aures organa. Digna
ꝑ quem ſunt uictores, redigāt p̄conia
Felix, cœli quæ præſentē regē cernit
anima: Et ſub ſe deſpectat altā orbis
uolui machinā: Solē, Lunam, & glo-
boſa cum planetis ſydera. Chriſte pal
ma bellatoꝝ, hoc in municipiū. Intro-
duc me, poſt ſolutū militare cingulū.
Fac ꝯſortē donatiui beatoꝝ ciuiū. Præ
be uires īexhauſto laboranti prælio:
Vt quietē poſt præcinctū debeas eme
rito: Teq̄ merear potiri ſine fine p̄mio

Laus & contemplatio diuinæ. naturæ. Cap. xxvij.

BEnedic anima mea domino, &
omnia quæ intra me ſunt, nomini
ſancto eius. Benedic anima mea do-
mino: & noli obliuiſci omnes retribu
tiones eius. Benedicite domino om-
nia opera eius: in omni loco domina
tionis eius, benedic anima mea domi-
no. Laudemus Deū, quē laudāt ange-
li, adorant dominationes, tremunt po
teſtates; cui Cherubin & Seraphin in

ceſſabili uoce proclamāt. Sanctus, ſanctus, ſanctus. Iūgamus uoces noſtras uocibus angelo℞ ſancto℞: & cōmu nē dñm laudemus pro modulo noſtro. Illi enim laudant dñm puriſſime & inceſſanter, qui ſemꝑ inhærent ꝯtemplationi diuinæ, nō ꝑ ſpeculū & in ænigmate, ſed facie ad faciē. Sed qs dicere uel cogitare ſufficiat qualis ſit in conſpectu domini Dei omnipotētis illa beato℞ ſpirituū cœleſtiūq; uirtutū innu nerabilis multitudo? Quæ ſit eis ſine fine feſtiuitas uiſionis Dei: quæ lætitia ſine defectu: quis amoris ardor, nō crucians, ſed delectans? Quod ſit in eis deſideriū uiſionis Dei cum ſatietate, & ſatietas cū deſiderio: in quibus nec deſiderium pœnā generat, nec ſatietas faſtidium parit? Qūo inhærendo ſummæ beatitudini, ſint beati? Quomodo coniūcti uero lumini, facti ſunt lux? Quomodo ſemper aſpiciētes incōmutabilē Trinitatē, mutati ſunt in incōmutabilitatē? Sed quādo illā angelicæ dignitatis celſitudinē cōprehēdere poterimus: quādo nec ipſius an

mæ noſtræ naturam inueſtigare uale‑
mus? Qualis eſt iſta, quæ carnē uiui‑
ficare pōt: ſe aūt in ſanctis cogitatio‑
nibus, ut uellet, conſtringere non po
teſt? Qualis eſt iſta, tam fortis, tā infir
ma, tā parua, tam magna, quæ rimatꝰ
ſecreta Dei, & celeſtia ꝯtemplatꝰ: atq;
humanis cōmodis multarū artiū peri‑
tiam pſpicaci īgenio inueniſſe ꝓbatꝰ?
Qualis ergo eſt iſta, quæ tam multa
de cæteris nouit: & ſeipſam, qualiter
facta ſit, prorſus ignorat? Licet enim
nōnulla ambigua a quibuſdā ſuper
eius origíne proferantur: inuenimus
tamē eam eſſe quendam intellectualē
ſpiritū per Creatoris potentiā factum
īmortaliter iuxta modum ſuum uiuē
tem mortale corpus, quod ſuſtinet, uì
uificantē, mutabilitate ſubiectū, obli‑
oni deditū: quē timor ſæpe afficit, læ‑
titia extollit. O res mira, omniſq; ſtu‑
pore digniſſima. De deo qdē creatore
omnium, qui eſt incōprehenſibilis &
ineffabilis, excelſa & mirabilia nimis
omni remota ambiguitate legimus,
loquimur, & ſcribimus: de angelis autē

& aĩabus q̃cquid dicimus, nõ tam eui-
dẽter approbarĩ poſſumus. Sed trãſeat
ab his animus, & tranſcendat oẽ qđ
creatũ eſt: currat, & aſcẽdat: uolitet, &
ꝑtranſeat: & in eũ, qui creauit oĩa, quã-
tũ poteſt oculos fidei dirigat. Faciã er
go gradus aſcenſionis in corde meo:
& ꝑ ipſos aſcẽdam ad animã meam:
& ꝑ ipſam mẽtem meã aſcendam ad
dominum meũ, qui capiti meo deſuꝑ
manet. Quicquid uiſibiliter cernitur,
quicq̃d ſpiritaliter imaginatur: forti
manu ab ĩtuitu cordis & mẽtis ꝓcul
remoueatur. Solus intellectus purus
& ſimplex incedens, rapido uolatu ad
ipſum ꝑueniat conditorem angeloꝝ,
& animaꝝ, & omnium reꝝ. Mens illa
beata, quæ ima deſerit, ſumma petit:
quæ ponit in arduis ſedem habitatio-
nis ſuæ: & de ſummis rupibus contẽ-
platur Solẽ iuſtitiæ aquilinis obtuiti-
bus. Nihil enim tam pulchrum atque
iucundum, q̃ ipſum ſolũ mentis ĩtui-
tu & cordis auiditate contẽplari Deũ
& miro modo inuiſibiliter cernere in
uiſibilem: ſicq; aliam, nõ iſtam guſta-

re dulcedinem: & inſpicere aliam, nõ iſtam lucem. Lux enim iſta, quæ loco clauditur, tempore finitur, noctiũ in-terruptiõe uariaẽ: & q̃ cõem cũ peco-ribus & uermib'hẽmus: ĩ ꝯparatiõe il-li' ſũme lucis, ñ ẽ lux dicẽda, ſed nox.

Quid ſit quodã mõ Deũ cernere, & tenere: & qualiter ſit de Deo ſentiẽdũ. Cap. xxviij.

QVanq̃ aũt illa ſũma & incõmutabilis eẽntia, lux uera & ĩdeficiẽs, lux angeloꝝ, a nemie cõſpi-ci ualeat in hac uita: qđ ſolum p̃miũ ſanctis reſeruaẽ i cœleſti gl'ia: illã tñ credere: & intelligere, & ſentire, & illi ardẽter ĩhiare, quodãmõ illã cerneẽ ẽ atq; tenere. Sonet itaq; uox ſup ange-los: & hõ ĩtẽta mẽte ꝯtẽpletur Deum uerbis, q̃bus põt, ſuas illi laudes di-cat. Iuſtũ naq; eſt, ut creatura ſuũ lau-det creatorẽ. Ipſe. n. ad laudãdũ ſe nos creauit q nr̃is nõ ĩdiget laudibus: ẽ. n. uirtus incõprehẽſibilis, nullius indi-gens, ipſe ſibi ſufficiens. Magnus dñs Deus nr̃, & magna ꝟtus eius: & ſapiẽtiæ eius nõ eſt numerus: magnus dñs

Deus noſter, & laudabilis ualde. Hūc itaq; mēs diligat, lingua canat, manus ſcribat: atq; in his ſanctis ſtudijs fideslis animus ſe totum exerceat. Huius uidelicet cœleſtis theoriæ ſuauiſſimis dapibus uir deſideriorum, & cœleſtiū cōtemplator aſſidue reficiat: ut hoc celeſti pabulo ſaginatus, clamet clamore magno, clamet totis medullis cordis, clamet in iubilo: & ardentiſſimo mentis deſiderio dicat.

Oratio explicās diuinas proprietates. Cap. xxix.

O Summe, optime, omnipotētiſſime, miſericordiſſime, iuſtiſſime, ſecretiſſime, p̄ſentiſſime, pulcherrime, & fortiſſime, ſtabilis, & incōprehēſibilis: īuiſibilis, oīa uidēs: īmutabilis, oīa mutās: īmortalis, illocalis, īterminus, īcircūſcriptus, nūq̄ finitus, īæſtimabilis, īeffabilis, īſcrutabilis: īmotus, oīa mouēs: īueſtigabilis, indicibilis, metuēdus: atq; terribilis: honorādus, atq; timēdus: uenerādus, atq; reuerēdus: nūq̄ nouus, nūq̄ uetus, innouās oīa, & in uetuſtatē perducēs ſup-

bos:& neſciunt:ſemper agens,& ſem
per quietus:colligẽs,& nõ egẽs:om-
nia portans ſine onere oĩa implẽs ſi-
ne incluſione,oĩa creãs,protegens,nu
triens & perficiens:quærens, cũ nihil
deſit tibi:amans,nec æſtuas:zelãs,&
ſecurus es:pœnitet te,& nõ doles:ira
ſceris,& tranquillus es:opera mutas,
ſed non conſilium.Recipis quod non
inuenis,& nũq̃ amiſiſti.Nunq̃ inops,
& gaudes lucris:nunq̃ auarus,& uſu-
ras exigis:ſupererogat̃ tibi,ut debeas
& quis habet quicq̃ non tuũ?Reddis
debita,nulli debens:donas debita,ni-
hil perdens. Qui ſolus uiuificas oĩa:
qui creaſti oĩa ; qui ubiq; es,& ubiq;
totus:q ſentiri potes,uideri nõ potes
qui nuſq̃ dees:& tamẽ ab iniquoꝝ co
gitationibus longe es. Qui nec ibi
dees,ubi longe es.qa ubi non es per
grãm,ades ꝑ uindictã.Qui oĩa tãgis
nec tñ oĩa tangis æqualiter.Quædam
enim tãgis,ut ſint:nõ tamẽ ut uiuant
ſentiant, & diſcernant. quædam uero
tãgis,ut ſint & uiuãt:nõ tñ ut ſentiãt
& diſcernant,quædam uero tangis,ut

ſint, uiuant, & ſentiant: nō tamē ut di ſcernant. quædam uero tāgis, ut ſint, uiuant, ſentiant, & diſcernant. Et, cū tibimetipſi nūq̄ diſſimilis ſis: diſſimiliter tū tāgis diſſimilia: qui ubiq; ſemp̄ præſens es, & inueniri uix potes: quē ſtantē ſequimur, & apprehēdere non ualemus: qui tenes oīa: imples oīa: circūplecteris oīa: ſuperexcedis oīa: ſuſtines oīa: neq; ex alia parte ſuſtines, atq; ex alia ſuparis: neq; ex alia imples, & ex alia circūplecteris: ſed circūplectendo imples: & implendo circumplecteris: ſuſtinendo ſuperexcedis: & ſuperexcedendo ſuſtines. Qui doces corda fidelium ſine ſtrepitu uerborū. Qui attigis a fine uſq; ad finē fortiter & diſpōis omnia ſuauiter. Qui locis nō diſtenderis, nec temporibus uariaris. Neq; habes acceſſus & receſſus: ſ; habitas lucem inacceſſibilē, quā nullus hominū uidit, nec uider̄ poteſt. In te manēs quietus ubiq; circumis totū ubiq; prorſus totus. Nō enim ſcindi uel diuidi poteris: quia uere unus es nec ī partes efficeris: quia totus to

tum tenes,totũ imples,totũ illuſtras & poſſides. Huius uidelicet myſterij immenſam profunditatẽ mẽs humana ꝯcipere nõ põt,nec oratoria ligua enarrare,neq; diffuſi ſermões,nec bibliothecarũ uolumia queũt explicarẽ. Si totũ mũdũ libri ĩpleãt:tua ſcientia inenarrabilis explicari nõ põt:qm̃ uere ĩdicibilis es. Nullo modo ſcribi potes,neq; ꝯcludi:q es fons lucis diuinæ, & Sol claritatis æternæ. Magnus enim es ſine quãtitate, & ideo imenſus: bonus es ſine qualitate, & iõ uere & ſumme bonus: & nemo bonus, niſi tu ſolus: cuius uoluntas ẽ opus: cuius uelle poſſe eſt. Qui omnia de nihilo creaſti: quæ ſola uoluntate tua feciſti. Qui omnẽ creaturã tuam abſq; indigentia aliqua poſſides, & ſine labore gubernas, & abſq; tædio regis. Et nihil ẽ qđ perturbet ordinem imperij tui, uel in ſummis, uel in imis. Qui omnibus locis ſine loco haberis: & omnia contines ſine ambitu: & ubiq; præſens es ſine ſitu & motu. Qui nec mali author es: quod facere non potes: qui nihil

non potes.neq; unquam te aliquid fe ciſſe pœnituit: nec ullius cōmotionis animi tui tempeſtate turbaris nec totius terræ pericula tuum damnū ſunt. Nulla flagitia, uel ſcelera probas, aut imperas. Nunq̃ mentiris: quia æterna ueritas es. Cuius unius bonitate facti ſumus, & iuſtitia pœnas luimus, & clemētia liberamur. Nam nihil celeſte, nihil igneū, nihil terrenū, nihilq; quod corporis ſenſus attingat, pro te colendum eſt: qui uere es quod es, & nō mutaris. Cui maxime ſpiritualiter ꝯuenit illud qđ Græci dicūt τὸ ὂν, Latini, qđ eſt. Semꝑ idē ipſe es: & anni tui nō deficiēt. Hæc, & alia multa docuit me ſancta mater Eccleſia: cuius factus ſum mēbrū ꝑ grãm tuam. Docuit me ſane, te ſolum & unum & ueꝝ Deū nō eſſe corporeū & paſſibilē, nihilq; de ſubſtãtia tua uel natura ullo modo eſſe uiolabile, aut cōmutabile, aut cōpoſitū, uel factum. Et ideo certū eſt, corporeis oculis te ñ poſſe ſentiri, ſed nec ullo mortaliū in propria eſſentia aliquando potuiſſe uideri. Hinc eteni

patenter

patēter daſ ītelligi; qđ unde angeli te intuenſ, ide & nos poſt hāc uitā te ui⸗debimus. Sed nec ipſi ꝑfecto te uideř poſſūt, ſicuti es. Nulli deniq; alij tota, niſi tibi ſoli, nota ē oīpotēs Trinitas.

De unitate perſonarū, & plurali ter in Deo. cap. XXX.

TV ꝑo Vnitas es diuinitatis, per⸗ſonarum pluralitate multiplex numerabiliter innumerabilis, ac id circo menſurabiliter immenſurabi lis, & ponderabiliter imponderabi⸗lis. Non enim ſummæ bonitatis, quæ tu ipſe es, profitemur originem: ex qua omnia, per quam omnia, in qua omnia: ſed eius participatione dici⸗mus omnia bona. Nā tua diuina eſſen tia ſemp caruit ac caret materia, licet nō careat forma: forma uideli cet ifor mata, forma formarū, forma formo⸗ſiſſima: quam dum imprimis quaſi ſi gillum rebus ſingulis: eas ſine tui au⸗gmenti aut tui detrimenti mutabili⸗tate proculdubio a te facis differri Quicquid autem in natura creatura rū eſt, creatura tua ē. O una Trinitas

& trina Vnitas Deus, cuius omnipo- tentia omnia poſſidet regit & implet, quæ creauit. Nec ideo te implere oĩa dicimus, ut te ꝯtineãt: ſed ut ipſa po- tius a te ꝯtineãt: nec particulatim im- ples omnia: nec ullatenus ita putãdũ eſt: ut unaquæq; creatura ꝓ magnitu tudine portionis ſuæ capiat te: id eſt maxima maius, & minima minus: cũ ſis potius ipſe ĩ omnibus: ſiue oĩa ĩ te. Cuius omnipotẽtia ꝯcludit uniuerſa: nec euadẽdi potẽtiã tuã qs aditũ inue nire poterit. Qui eni te nõ habet pla- catũ, nequaq̃ euadet iratũ: ſicut ſcrip- tũ ẽ. Neq; ab Oriẽte, neq; ab occidẽte, neq; a deſertis in mõtibus: qm̃ Deus iudex eſt. Et alibi. Quo ibo a ſpiritu tuo? & quo a facie tua fugiã? Immẽſi tas diuinæ magnitudinis tuæ iſta eſt: ut intelligamus te ĩtra oĩa, ſed nõ in- cluſum: extra omnia, ſed non exclu ſum. Et ideo interior es, ut omnia con tineas: & ideo exterior es, ut incircun ſcriptæ magnitudinis tuæ immenſita te omnia concludas. Per id ergo qđ interiores, oſtẽderis eſſe creator: per

id uero quod exterior es, gubernator omniũ demõſtraris: ac ne omnia, quæ creata ſunt, ſine te eſſent, interior es: exterior uero, ut omnia includãtur a te, non locali magnitudine, ſed potentiali præſentia: qa ubiq; præſens es: & omnia tibi præſentia: quis qdã hæc intelligant, qdã uero nõ intelligant. Inſeparabilis ergo naturæ tuæ unitas ſeparabiles nõ poteſt haberẽ pſonas: qa, ſicut es Trinitas ĩ Vnitate, & Vnitas ĩ Trinitate, ſic ſeparationẽ nõ potes haberẽ perſonarum. Nominantur quidẽ ille pſonæ aliqñ ſingulæ: ſed ita te uoluiſti Deus Trinitas iſeparabilẽ oſtẽdere in pſonis, ut nullũ tibi nomẽ ſit in qualibet perſona, quod nõ ad aliã ſecundũ relationis regulam referat. ſicut pater ad Filiũ, & Filius ad patrẽ: ſic Spiritusſanctus ad patrẽ & Filiũ ueriſſime refertur. Ea vero nomina, quæ ſubſtantiam, uel perſonam, uel potentiam, uel eſſentiã tuã ſignificant: uel quicquid ꝓprie dicitur Deus: omnibus perſonis æqualiter conueniunt: ut Deus magnus, omnipotens, æter

nus, & omnia quæ naturaliter de te Deo dicunt. Nõ eſt ergo aliquod naturæ nomẽ, quod ſic tibi Deo Patri cõuenire ualeat, ut aut Filio tuo, aut Spiritui ſancto cõuenire nequeat. Dicimus te Patrẽ naturaliter eſſe Deũ: ſed & naturaliter eſt Filius Deus: naturaliter ẽ Deus & Spiritusſanctus: non tñ tres dij: ſed unus naturaliter Deus, Pr̃ & Filius & Spiritusſanctus. Idcirco inſeparabilis es ſancta Trinitas Deus in pſonis ſenſu itelligẽda: quis uoce ſeparabilia habeas nomina: q̄ pluralẽ numerũ in naturæ nominibus nullatenus recipis. in hoc enim oſtẽditur perſonas nõ poſſe diuidi in ſancta Trinitate, q̃ unus Deus uerus eſt: q̄ cuiuslibet pſonæ nomẽ ſemp ad alterã reſpicit pſonã. Si Patrẽ dico, Filiũ oſtendo: ſi Filiũ nomino, patrẽ prædico: ſi Spiritũ ſanctum appello, alicuius eſſe ſpiritũ neceſſe eſt itelligi: ſcilicet: Patris, & Filij. Hæc eſt enim fides uera, ueniẽs de ſana doctrina: hæc ẽ certe fides catholica orthodoxa, q̃ me Deus docuit i ſinu mr̃is Eccleſiæ gratia ſua

Oratio ad ſanctam Trinitatem. Cap. xxxj.

INuocat itaq; te domine fides mea, quã dediſt mihi bonitate tua ad ſaluationẽ meã. Fidelis autem anima ex fide uiuit: tenet in ſpe, quod uidebit in re. Inuocat te Deus meus caſta cõſciẽtia mea, & ſuauis amor fidei meæ: q̃ excuſſis ignorãtiæ tenebris ad ueritatis ĩtelligẽtiã perduxiſti: & quã a ſtulta ſeculi amaritudine eruiſti: atq; adhibita tuæ dulcedinis charitate, iucundã mihi & melliſluã reddidiſti. Inuocat te Trinitas beata, uox clara, & ſyncerus amor fidei meæ: q̃ ab ipſis enutriens cunabulis, illuminaſti ſemꝑ ꝑ illuſtrationẽ gr̃æ tuæ: & q̃ adaugẽs cõfirmaſti in me ꝑ documẽta m̃ris Eccleſiæ. Te inuoco beata & bñdicta & glorioſa una trinitas pater & filius & ſpiritusſanctus, deus, dñs, paracletus: charitas gr̃a cõmunicatio: genitor, genitus, regenerans: uerũ lumẽ ex lumine uero, uera illuminatio: fons, flumẽ, irrigatio: ab uno oĩa: per unum omnia: in uno omnia: a quo: per quem, ĩ quo

omnia: uiuens uita, uita a uiuente ui
uentiũ uiuificator; unus a ſe unus ab
uno unus ab ambobus: a ſe ab
altero ab utroq; uerax Pater ueri
tas Filius; ueritas Spiritusſãctus. una
ergo Pr̃ Logos Paracletusq; eſſentia:
una uirtus una btitudo una bonitas
a quo ꝑ quẽ & in quo beata ſunt oĩa

Quod Deus uera & ſũma
uita ſit. cap. xxxij.

DEus uera & ſumma uita a quo ꝑ quẽ & in quo uiuunt omnia quæcũq; uere & beate uiuũt; Deus bonũ & pulchrũ a quo ꝑ quẽ & in quo bona & pulchra ſunt oĩa quæcũq; bona & pulchra ſunt: Deus cuius nos fides excitat ſpes erigit, charitas iũgit: Deus ꝗ te peti iubes & inueniri facis & pulſanti apis: Deus a quo auerti caderẽ eſt: ad quẽ ꝯuerti ſurgere eſt: in quo manere ꝯſiſtere eſt: Deus quẽ nemo amittit niſi deceptus: nemo quærit niſi admonitus: nemo iuenit niſi purgatus: Deus quẽ noſſe uiuerẽ cui ſeruire regnarẽ ẽ: quẽ laudare, ſalus & gaudiũ aiæ eſt; te labijs, & corde ora

nicꝗ qua ualeo uirtute laudo, benedi-
co atqꝫ adoro: tuæqꝫ clementiæ & bo
nitati pro uniuerſis bñficijs tuis grãs
refero: & hymnũ tuæ gloriæ cano. Sã
ctus, ſanctus ſanctus. Te inuoco o bea
ta Trinitas, ut uenias ĩ me: & templũ
me facias dignũ gloriæ tuæ. Rogo pa
trẽ ꝑ Filiũ: rogo Filium ꝑ patrẽ rogo
Spiritũ ſanctũ ꝑ patrẽ & Filiũ, ut oĩa
uitia elõgẽtur a me: & oẽs ſanctæ uir
tutes plantent in me. Deus immenſe,
a quo oĩa, ꝑ quẽ oĩa, in quo oĩa facta
ſunt, uiſibilia & inuiſibilia: qui opera
tua extra circundas, & intra reples: ſu
pra tegis, & infra fers: cuſtodi me o-
pus manuũ tuarũ, in te ſperantem, &
in tua ſolũmodo miſericordia confi-
dentẽ: cuſtodi me quæſo hic & ubiqꝫ
nunc & ſemp, ĩtus & foris, ante & re
tro, ſupra & infra, circuncirca: ita ut
in me nullus pateat locus inſidijs ini
micoꝝ. Tu es Deus oĩpotẽs, cuſtos &
protector omnium in te ſperantium:
ſine quo nemo eſt tutus, nemo ꝺ peri
culis liberatus. Tu es Deus: & non eſt
alius Deus præter te, neqꝫ in cœlo ſur

ſum, neq; i terra deorſum: q facis magna & mirabilia & inſcrutabilia, quorũ nõ ẽ numerus. Te decet laus, te decet honor, te decet hymnus: tibi oẽs ãgeli, tibi cœli & uniuerſæ poteſtates hymnos dicunt, & laudes indeſinẽter ↄcinũt: ut pote creatori creaturæ, domino ſerui, regi milites: te ſanctã & indiuiduam Trinitatem omnis creatura magnificat, omnis ſpiritus laudat.

Laus Dei. cap. xxxiij.

Tibi ſancti & humiles corde, tibi ſpiritus & animæ iuſtorum, tibi omnes ſuperni ciues, & cuncti beatorum ſpirituum ordines gloriã & honorem, ſuppliciter adorantes, cõcinũt ſine fine. Laudant te domine illi ſuperni ciues magnifice & honorabil'r: laudat te homo magna portio creaturæ tuæ. Sed & ego peccator homunſcio deſiderio magno cupio te laudare, amare te opto amore præcipuo: Deus, meus, uita mea, fortitudo mea, & laudatio mea, dignare me laudare te. da mihi lumen in corde, uerbum in ore; ut cor meum meditetur glo-

riã tuã, lingua mea tota die cãtet lau-
des tuas. Sed qa non eſt pulchra laus
in ore peccatoris: & qa uir pollutis la
bijs ego ſum: mũda obſecro cor meũ
ab omni inquinamẽto: ſanctifica me
ſanctificator omnipotens interius &
exterius: & fac me dignum laudibus
tuis. Suſcipe bẽigne & acceptabiliter
de manu cordis & de mentis amore,
ſuſcipe ſacrificiũ labiorum meorum: fiatque
acceptabile in conſpectu tuo: & aſcẽdat
ad te in odorem ſuauitatis. Memoria
tua ſancta, & dulcedo tua beatiſſima
poſſideat totam animam meam, atque
in innisibilium amorem rapiat eam:
trãſeat de uiſibilibus ad inuiſibilia,
de terrenis ad cœleſtia, de temporali
bus ad æterna: trãſeat, & uideat uiſio
nem mirabilem. O æterna Veritas, o
uera Charitas, o chara Aeternitas: tu
es Deus meus: ad te ſuſpiro nocte ac
die: tibi inhio, tibi intẽdo, ad te perue
nire deſidero: qui nouit te, nouit ueri
tatem, nouit æternitatẽ. Tu Veritas
ſuper omnia præſides: quẽ uidebimus ſi-
cut es, cum pertrãſierit hæc uita cæca

& mortalis: in qua dicitur nobis: ubi eſt Deus tuus? Et ego dico: Deus meus ubi es? Reſpiro in te paulum cum effundo ſuper te animã meam, in uoce exultationis & ↄfeſſionis ſoni epulãtis, & feſtiuitatẽ celebrãtis: & adhuc triſtis eſt: q̃a relabitur, & fit abyſſus: qui potius ſentit ſe adhuc eſſe abyſſũ. Dicit ei fides mea, q̃ accẽdiſti in nocte ante pedẽs meos. Quare triſtis es aĩa mea, & quare ↄturbas me? ſpa in Deo lucerna pedibus meis uerbũ eius: ſpa & pſeuera, donec ptrãſeat nox, mater iniquorum: donec pertrãſeat ira Dei: cuius fuimus aliquando filij: fuimus enim aliquando tenebræ: donec ptrãſeat iſte impetus aquarum: reſidua adhuc trahimus in corpore propter peccatum mortuo: donec aſpiret dies, & inclinẽtur umbræ. Spera in domino. Mane aſtabo, & contemplabor, ſemperq; cõfitebor ei. Mane aſtabo, & uidebo ſalutare uultus mei Deũ meum: qui uiuificabit moratalia corpora nr̃a propter inhabitantẽ Spiritum eius in nobis: ut iã ſimus lux, dũ adhuc ſpe

ſalui facti ſum', & filij lucis, & filij di
ei, nõ nocti, neq̃ tenebrarũ. Fuimus. n.
aliqñ tenebræ: nunc aũt lux in te, De-
us noſter: & tñ adhuc p fidẽ, nec dũ p
ſpeciẽ. Spes quæ uidetur, nõ eſt ſpes.
Laudãt te domine illi populi ãgelorũ
tuorũ immortales: & glorificãt nomẽ
tuũ cœleſtes Virtutes: quæ nõ habẽt
opus legerẽ hãc ſcripturam noſtram,
& cognoſcere te ſanctã & indiuiduã
Trinitatem. Vident enim faciẽ tuam
ſemper: & ibi legunt ſine ſyllabis tẽ-
porũ, quid uelit æterna uoluntas tua:
legunt, eligunt, & diligũt: ſemperq;
legũt: & nunq̃ præterit id qđ legũt.
Eligẽdo, & diligẽdo, legũt ipſam im
mutabilitatẽ conſilij tui: & non clau-
detur codex eorum: nec plicabitur li-
ber eorũ, quoniam tu ipſe illis hoc es
& eris in æternũ. O beatæ nimiũ illæ
cœlorũ Virtutes, quæ laudare te poſ-
ſunt ſancte & puriſſime, cũ nimia dul
cedine, & ieffabili exultatiõe. ide lau
dant, unde gaudẽt: quia ſemper uidẽt
unde gaudere ualeãt, & laudare. Nos
uero mole carnis preſſi, & procul a

uultu tuo in hac peregrinatione poſiti, atq; per mundanas uarietates diſtēti, digne laudare neq̄mus: laudamus tn̄ per fidē, nō per ſpeciē: illi uero angelici ſpiritus, nō p̄ fidem. Hoc enim caro facit, ut multo aliter laudemus q̄ illi. Sed licet diuerſis modis laudes dicamus: tu tamen unus es deus creator oīum: cui ſacrificiū laudis in cœlo & i terra offert. peruēturi tn̄ ſumus miſericordia tua ad eoꝝ ꝯſortiū: cū quibus te ſemper ui debimus, & ſine fine laudabimus. Tribue domine, ut, donec i hoc fragili corpore poſitus ſum, lau det te cor meū, laudet te lingua mea: & omnia oſſa mea dicant: domine, q̄s ſimilis tui? Tu es Deus omnipotens: quem trinum in perſonis, & unum in ſubſtantia deitatis colimus & adoramus: Patrē ingenitū, Filium de Patre unigenitum, Spiritū ſanctū de utroq; procedentem, & in utroq; permanentem, ſanctam & indiuiduā Trinitatē, unum Deum omnipotētem: qui, cum non eſſemus, potenter feciſti nos: &, cum perditi fuiſſemus culpa noſtra,

pietate & bonitate tua mirabiliter recupaſti nos ne ſinas nos eſſe ingratos obſecro tātis beneficijs, & īdignos tā multis miſeratiōibus. Te depcor, ſupplico, & rogo, auge fidē, auge ſpē, auge charitatē. Fac nos ꝑ ipſā gratiam tuā ſemꝑ in fide ſtabiles: & in oꝑe efficaces: ut ꝑ fidē rectā, & ꝯdigna fidei oꝑa, ad uitā te miſerāte ꝑueniamus æternā: ut ibi uidētes gloriā tuā ſicuti eſt, adoremus maieſtatem tuā: & dicamus pariter, quos dignos feceris uidēre gloriā tuā. Gloria patri, q creauit nos: gloria Filio, q redemit nos: gloria Spiritui ſāto, q ſātificauit nos: gloria ſūmæ & īdiuiduæ Trinitati, cuius oꝑa inſeꝑabilia ſūt: cuius impiū ſine fine manet. Te decet laus: te decet hymnus: tibi debet oīs honor: tibi benedictio, & claritas: tibi gratiarū actio: tibi honor, uirtus, & fortitudo Deo noſtro, & in ſecula ſeculorū. Amen.

Conqueritur homo: quod non cōpūgitur. cap. xxxiiij

IGnoſce domine, ignoſce pie, ignoſce, & miſerere: parce ignorantiæ

meæ, & multæ imperfectiōi meæ. Noli me tanq̄ temerariā reprobare, quod audeā, ſeruus utinā uel bonus, & nō etiā īutilis & malus: & ideo ualde malus, q̄a te omnipotentē deū noſtrū, terribilē, & nimis metuēdū, ſine cordis ꝯtritione & lachrymaꝝ fonte, ſine reuerētia debita & tremore, laudo benedico atq; adoro. Si enim angeli te adorantes & laudantes tremunt, mira exultatiōe repleti: ego peccator, dū tibi aſſiſto, laudes dico, ſacrificium offero cur nō corde paueo uultu palleo, labiis tremo toto corpore inhorreſco: ſicque obortis lachrymis corā te indeſinenter lugeo? Volo ſed nō ualeo: q̄a nequeo quod dſidero. Hinc enim me cum uehemeter admiror: dum te nimis terribilem oculis fidei cerno. Sed quis hoc ſine ope gratiæ tuæ? uniuerſa eni ſalus noſtra magna miſericordia tua. Miſerum me: quomodo ſic inſenſata facta eſt anima mea ut non terreatur terrore nimio dum ſtat ante deum & ſuas illi laudes decantat? Miſerum me: quomodo ſic induruit

cor meũ,ut oculi mei indeſinẽter non ꝓducãt flumina lachrymaꝝ, dũ ſeruus ſermocinať corã domino ſuo, homo cũ Deo creatura cũ creatore: q factus ẽ ex limo, cũ eo q omnia fecit ex nihilo? Ecce domine, pone me ante te & qd ĩ ſecretis de me ſentio, paternis auribus nõ taceo. Tu diues in miſericordia, & largus in præmijs, da mihi de bonis tuis, ut ex eis ſeruiã tibi. Nõ enim aliũde poſſumus ſeruire, neq; tibi placere, niſi de tuo munerẽ. Cõfige quæſo timore tuo carnes meas: læteť cor, meum, ut timeat nomen tuum. Vtinam ſic te timeret peccatrix anima, quomodo uir ille ſanctus, qui dixit, Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus, timui Deum. Dator enim omniũ bonoꝝ Deus, da mihi inter laudes tuas fõtem lachrymarum ſimul cum cordis puritate, & menti iubilatione: ut pfecte te diligẽs, & d gne te laudans, ipſo cordis palato ſentiam guſtem & ſapiã, q̃ dulcis & ſuauis es domine: ſicut ſcriptum eſt. Guſtate & uidete, quoniam ſuauis eſt do

minus: beatus uir q ſperat in eo. Beatus populus, q ſcit iubilatiõẽ: Beatus uir, cuius eſt auxiliũ abs te: aſcẽſiões i corde ſuo diſpoſuit in ualle lachrymarũ, in loco quẽ poſuit. Beati mũdo corde: quoniã ipſi Deũ uidebũt: Beati qui habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te.

Oratio ad. IESVM.
cap. xxxv.

IESV noſtra redemptio, amor & deſideriũ, Deus de Deo, adeſto mihi famulo tuo. Te inuoco: ad te clamo clamore magno in toto corde meo. Te inuoco in animã meam: intra in eam, & coapta eam tibi: ut poſſideas eam ſine ruga, ſine macula. Mundiſſimo nãq; domino munda debetur habitatio. Sanctifica ergo me uas tuum qđ feciſti: de malitia euacua, & imple de gratia, & plenum cõſerua: ita ut dignum habitationis tuæ efficiar templum hic & in perpetuũ. Dulciſſime, benigniſſime, amãtiſſime, chariſſime, potentiſſime, deſideratiſſime, precioſiſſime, amabiliſſime, pulcherrime, tu

melle

melle dulcior, lacte & niue cādidior, nectare ſuauior, gēmis & auro precioſior. cunctiſq; terrarum diuitijs & honoribus mihi charior. Quid dico deus meus, una ſpes mea, tā grādis miſericordia mea? quid dico dulcedo felix & ſecura? qd dico, dum talia dico? Dico qd ualeo: ſed nō dico quod debeo: utinā poſſē talia dicere, qualia illi hymnidici āgelorum chori. O q̄ libēter me ī tuis laudibus totū effunderē: o q̄ deuotiſſime illa cœleſtis melodiæ cātica ad laudē & gloriā nominis tui in medio eccleſiæ infatigabilis porarē. Sed qa talia nō pōſſū, nunqd tacebo? Væ tacentibus de te, qui ora mutorū reſoluis, & linguas infantiū facis diſertas. Væ tacentibus de te: quoniam ipſi loquaces muti ſunt, cū non tuas laudes dicunt. Quis digne te laudare poteſt, o ieffabilis Virtus & Sapiētia Patris? Et quoniā nulla iuenio uerba, quibus te ſufficienter ualeam explicare, cunctipotens, & omniſcium Verbum: dicā interim quod ualeo, donec iubeas me uenire ad te, ubi poſſim dicere qd

te decet, & me oportet. Et ideo ſuppli citer rogo, ut nõ reſpicias tantũ ad id quod modo dico, ſed ad id qđ dicere opto. Cupio enim deſiderio magno de te loq quod oportet & decet: qa te decet laus: te decet hymnus: tibiq; debeť oĩs honor. Scis ergo occultorum cognitor Deus, quoniã nõ ſolũ terra, & oĩbus q̃ i ea ſunt, tu mihi charior es ſed ẽt ipſo cœlo, & oĩbus q̃ i eo ſũt tu mihi acceptabilior, tu mihi amabilior es. diligo enim te ſup cœlũ & terrã, & cætera oĩa quæ in eis ſũt; imo (niſi amore nominis tui) q̃ trãſitoria ſunt, pcul ; dubio amãda nõ ſũt. Amo te Deus meus amoř magno, magiſq; te amare cupio. Da mihi ut amẽ te ſemp quãtum uolo, quãtũ debeo: ut tu ſolus ſis tota ĩtẽtio mea, & oĩs meditatio mea: te me diter p dies ſine ceſſatione: te ſentiã p ſoporẽ ĩ nocte: te alloquať ſpiritus meus: tecũ fabuleť mẽs mea: lumine ſanctæ uiſiõis tuæ illuſtreť cor meũ: ut te rectoř, te duce, ãbulẽ de uirtute ĩ uirtutẽ: tãdẽq; uideã te Deũ deoꝝ i Siõ, nũc quidẽ p ſpeculũ in ænigmate, tũc aũt fa

cie ad faciē, ubi cognoſcā te ſicut & cognitus ſum. Beati mūdo corde: quoniam ipſi Deū uidebūt. Beati q habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculo℞ laudabunt te. Rogo itaq; te domine ꝑ oēs miſerationes tuas, qbus de morte æterna liberati ſumus: mollifica cor meū, du℞ & lapideū, ſaxeū & ferreum tua ſacratiſſima & potenti unctione: & Fac me ꝑ ignē cōpunctionis coram te omni hora hoſtiā uiuam fieri. Fac me in tuo conſpectu cor contritum & humiliatum ſemper habere, cum lachrymarum abundantia. Fac me ex tui deſiderio huic mundo fonditus extingui, & trāſeuntium re℞ obliuiſci, præ magnitudine timoris & amoris: uſq; adeo, ut de temporalibus non lugeā, nec gaudeam, nec metuā aliquid temporale, nec diligam, nec blandis corrumpar, nec aduerſis concutiar. Et quia tua ualida eſt ut mors dilectio: abſorbeat quæſo mentē meam ab oībus, quæ ſub cœlo ſunt: ignita & melliflua uis amoris tui: ut tibi ſoli inhæreā: ſolaq; tuæ ſuauitatis memoria pa

rar. Deſcendat domine deſcendat pre‐
cor, deſcẽdat in cor meum odor tuus
ſuauiſſimus: & igrediatur amor tuus
mellifluus: uẽiat mihi tui ſaporis mi
ra & inenarrabilis fragrãtia, quæ ſem
piternas in me ſuſcitet ꝯcupiſcentias:
& ex corde meo ꝑducat uẽas aquæ ſa
lientis in uitã æternã. Immẽſus es do‐
mine: & ideo ſine mẽſura đbes amari
& laudari ab his quos tuo ꝓcioſo ſan
guine redemiſti. Amator hoīum beni
gniſſime, clemẽtiſſime domine, & æqſ
ſime iudex, cui oẽ iudiciũ dedit Pater:
ſapiẽtiſſimo æqtatis iudicio diſcernis,
hoc rectũ & iuſtũ eſſet ut filij huius ſe
culi noctis & tenebrarum præſtantio‐
ri deſiderio uirtute atqꝫ ſtudio dili‐
gant & quærant perituras diuitias &
fugitiuos honores, quã nos ſerui tui
diligamus te Deum noſtrum, per quẽ
facti & redempti ſumus. Si enim ho‐
mo hominem tanta diligit dilectio‐
ne, ut alter alterũ uix patiatur abeſſe:
ſi ſponſa ſponſo tanto conglutinatur
mentis ardore, ut præ magnitudine
amoris, nulla perfrui ualeat requie,

chari ſui abſentiā nō ſine magno mœrore ferens: qua ergo dilectione, quo ſtudio, quo feruore anima, quā deſpōſaſti tibi fide & miſerationibus, debet diligere te uerū Deū & pulcherrimū ſponſum, q nos ſic amaſti & ſaluaſti, q pro nobis tot tānta & talia feciſti? Quaquā aūt hæc infima habeant ſuas delectatiões, ſuoſq amores: nō tamē tali mō delectāt ſicut tu Deus noſter. In te enim delectatur iuſtus, qa amor tuus ſuauis eſt & quietus: nā pectora, quæ poſſides dulcedine & ſuauitate & tranqllitate reples. Ecctra amor ſeculi & carnis anxius eſt, & pturbatus. animas certæ, quas īgreditur, quietas eſſe non patitur. ſemper enim ſuſpicionibus & perturbationibus, uariiſq timoribus ſolicitas eas. Tu itaque es delectatio rectorum & merito: quies enim ualida eſt apud te, & impturbabilis uita. Qui intrat in te, bone domine: intrat in gaudium domini ſui: & non timebit amplius: ſed habebit ſe optime in optimo loco, dicens. Hæc requies meā in ſeculum ſeculi: hic ha

bitabo, qm̄ elegi eā. Et illđ. Dn̄s regit me, & nihil mihi đerit: i loco paſcu e ibi me collocauit. Dulcis Xp̄e, bone Ieſu, reple ſemꝑ quæſo cor meū inext ĩguibili dilectione tua, continua recordatione tua: adeo, ut ſicut flāma urēs totus ardeam in tui amoris dulcedine: quem & aquæ multæ in me nunq̄ poſſint extinguere. Fac me dulciſſime domine amare te: & deſiderio tui deponere pondus omnium carnaliū deſideriorꝫ, & terrenarum concupiſcentiarum grauiſſimā ſarcinam, q̄ impugnant & aggrauant miſeram animā meam: ut poſt te expeditus in odore unguentorū tuorꝫ currēs, uſq; ad tuæ pulchritudinis uiſionē efficaciter ſatiandus quātocyus te quoq; duce merear peruenire. Duo enim amores, alter bonus, alter malus, alter dulcis, alter amarus, non ſe ſimul in uno capiunt pectore. Et ideo ſiquis præter te aliud diligit: nō eſt charitas tua Deus ĩ eo. Amor dulcedis, & dulcedo amoris, amor non crucians, ſed delectans, amor ſyncere & caſte, permanēs in ſe

culũ ſeculi, amor q ſemp ardes, & nũ=
q̃ extigueris: dulcis Xp̄e, bone Ieſu,
charitas, Deus meus, accēde me totũ
igne tuo, amore tuo, ſuauitate & dulce
dine tua, iucũditate & exultatiõe tua,
uoluptate & ꝯcupiſcētia tua, q̃ ſancta
eſt & bona, caſta ē & munda, tranqlla
& ſecura: ut totus dulcedine amoris
tui plenus, totus flãma charitatis tuæ
ſuccēſus diligã te Deũ meum ex toto
corde meo totiſque medullis pracor=
diorum meorum habens te in corde, in ore,
& p̄ oculis meis ſp & ubiq;: ita ut nul
lus pateat i me locus adulterinis amo
ribus. Audi Deus meus; audi lumen
oculorum meorum: audi, quæ peto: & da
quæ petã, ut audias me. Pie & miſeri
cordiſſime dñe, ne efficiaris mihi i exo
rabilis propter peccata mea: ſed pro=
pter bonitatē tuã ſuſcipe preces ſerui
tui: & da mihi effectũ petitionis meæ
& deſiderij mei: intercedente & oran=
te & impetrãte glorioſa uirgine geni
trice tua Maria, domina mea, cum om
nibus ſanctis tuis. Amen.

Alia oratio ad Ieſum. C. XXXVI.

CHriſte domine, uerbum patris, q uenisti in hunc mundum peccatores ſaluos facere: rogo te per indulgentiſſimā miſericordiæ tuæ uiſcera, emēda uitā meā: meliorā actus: cōpone mores: tolle de me qđ mihi nocet, & tibi diſplicet: & da quod noſti tibi placerē, & mihi ꝓdeſſe. Quis poteſt facere mūdū de immūdo ↄceptū ſemine niſi tu ſolus? Tu es Deus omnipotens infinitæ pietatis, q iuſtificas impios, & uiuificas mortuos ꝑ peccatū: q mutas peccatores, & nō ſunt. Tolle ergo de me qcqd tibi diſplicet in me. impꝫfecta enim mea plurima uident oculi tui. Mitte quæſo manum pietatis tuæ in me: & tolle de me quicquid offendit oculos pietatis tuæ in me. Coram te domine eſt ſanitas, & infirmitas mea. illam precor ſerua, iſtam ſana. Sana me domine, & ſanabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero: tu, qui infirma ſanas, & ſanata conſeruas: tu, qui ſolo nutu tuo reſtauras diruta, & collapſa. Si enim dignaris i agro tuo, corde meo ſerere bonum ſemen: neceſſe

eſt ut manu pietatis tuæ ſpinas prius
euellas uitiorũ meo℞. Dulciſſime, beni
gniſſime, amãtiſſime, chariſſime, deſi
deratiſſime, ambiliſſime, pulcherrime,
infunde obſecro multitudinẽ dulce
dinis tuæ, & caritatis tuæ pectori meo
ut nihil terrenũ, nihil carnale deſiderẽ
uel cogitem: ſed te ſolum amẽ; te ſo
lũ habeã in corde & in ore meo. Scri
be digito tuo i pectore meo dulcẽ me
moriã tui mellıflui nominis, nulla un
quã obliuione delendã Scribe in tabu
lis cordis mei uoluntatẽ tuã, & iuſtifi
catiões tuas: ut te immẽſæ dulcedinis
dominum, & præcepta tua ſemper &
ubiq; habeã præ oculis meis. Succen
de mentem meam igne illo tuo, quem
miſiſti in terram, & uoluiſti uehemẽ
ter accendi: ut ſacrificium ſpiritus con
tribulati, & cordis contriti obortis la
chrymis quotidie offerã tibi. Dulcis
CHRISTE, bone JESV, ſicut deſide
ro, ſicut tota mẽte mea peto, da mihi
amorẽ tuũ ſanctũ & caſtũ, q me reple
at teneat, totũq; poſſideat: & da mihi
euidens ſignum amoris tui, irriguum

lachrymaꝝ fontē iugiter emanantem ut ipſæ quoq; lachrymæ tuū in me teſtent amorē: ipſæ ꝓdant, ipſæ loquātur, quantū te diligit aīa mea: dū præ nimia dulcedine amoris tui neq̄t ſe a lachrymis ꝯtinere. Reminiſcor pie domine illius bonæ mulieris Annæ, que ad tabernaculū rogatura ꝓ filio uenit de qua ſcriptura refert: ꝙ uultus eius poſt lachrymas & p̄ces non ſunt amplius ī diuerſa mutati. Sed memor tātæ uirtutis tātæq; ꝯſtantie, dolore torqueor, & uerecundia confundor: quia me miſerum nimis deorſum iacere intueor. Si enim ita fleuit, & in fletu perſeuerauit mulier, quæ quærebat filiū: quomodo plāgere, & in planctu perſiſtere debet anima mea, quæ quærit & amat Deum, & ad eum peruenire deſiderat? Quomodo gemere ac flere debet talis anima, quæ q̄rit Deum die ac nocte: quæ præter Chriſtum nil uult amare? Mirum quippe eſt, ſi iam non factæ ſunt ei lachrymæ ſuæ panes die ac nocte. Reſpice ergo, & miſerere mei: quia dolores cordis mei multi-

plicati ſunt. Da mihi ↄſolationẽ tuam cœleſtẽ: & noli ſpernere peccatricem animã pro qua mortuus es. Da mihi quæſo lachrymas ex toto affectu inter nas, quæ peccatorum meorum poſſint ſolue re uincula: & cœleſti iucũditate ſemp repleant animã meã. Si nõ cũ ueris & pfectis monachis, quorum ueſtigia neq̃o imitari, ſaltẽ cum deuotis mulieribus quantulamcunq; portionem in regno tuo merear adipiſci. Venit quoq; mi hi in mẽtẽ alterius mulieris deuotio mira: quæ te in ſepulchro iacentẽ pio amore quærebat: quæ recedentibus diſcipulis de ſepulchro nõ recedebat: quæ ſedẽbat ibi triſtis & mœrẽs: & diu multumq; flebat: & ſurgẽs multis la chrymis iterũ iterũq; antra deſerti ſe pulchri uigilantibus oculis explora bat: ſi forte alicubi te uidere poſſet, quẽ feruẽti deſiderio quærebat. Iam certe ſemel & iterum ingreſſa, ſepulcrũ uiderat: ſed nimium amanti non ſatis erat: uirtus enim boni operis perſeue rantia eſt. Et quia præ cæteris dilexit, diligendo fleuit, & flendo quæſiuit, &

quærendo perſeuerauit : ideo prima oium te inuenire, te uidere, te alloqui meruit. & non ſolum hoc; ſed etiam ipſis diſcipulis glorioſæ reſurrectióis tuæ prænuncia extitit, te præcipiente & clementer monēte. Vade dic fratribus meis, ut eant in Galilæam: ibi me uidebūt. Si ergo ita fleuit, & fletu pſeuerauit mulier, q̄ uiuentē cū mortuis quærebat: quæ te manu fidei tāgebat: quomodo plāgere, & in planctu perſiſtere debet anima, quæ te redemptorē ſuum iam cælo præſidentem, & ubiq; regnantem, corde credit, ore confitet? Quomodo ergo gemer̄ & flere debet talis anima, quæ te toto corde diligit, teq; toto deſiderio uidere concupiſcit? Solum confugiū & unica ſpes miſerorum, cui nunquā ſine ſpe miſericordiæ ſupplicatur: præſta mihi hāc gratiam, propter te, & propter nomē ſanctum tuum: ut, quoties de te cogito, de te loquor, de te ſcribo, de te lego, de te confero: quoties tui reminiſcor, tibi aſſiſto, laudes preces & ſacrificium offero; toties obortis la-

chrymis in conſpectu tuo copioſe & dulciter fleam : ita ut efficiantur mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Tu q̄dē Rex gloriæ & omniū uirtutū magiſter, docuiſti nos uerbo & exem plo gemere & flere, dicens, Beati qui lugent : quoniam ipſi conſolabuntur Tu fleuiſti defunctum amicum: & la= chrymatus es ualde ſuper perituram ciuitatem. Rogo te bone IESV p̄ illas benigniſſimas lachrymas tuas, & per omnes miſerationes tuas, quibus mi= rabiliter nobis perditis ſubuenire di= gnatus es: da mihi gratiā lachrymarū quā multum deſiderat & appetit ani= ma mea: q̄a ſine dono tuo non poſſum habere eam : ſed p̄ ſpiritum Sanctum tuum, qui dura corda peccatorum mollit, & ad fletū compungit. Da mi hi gratiam lachrymarum, ſicut dediſti patribus noſtris, quorum ueſtigia de= beo imitari : ut plangam me in om= ni uita mea ; ſicut ipſi ſe planxerunt nocte ac die. Propter merita & o= rationes eorum, qui tibi placuerūt, & deuotiſſime ſeruierunt, miſerere

mei miſerrimi & indigni ſerui tuí: & da mihi gratiā lachrymarū. Da mihi irriguum ſupius, & irriguū inferius: ut ſint mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: efficiarq; in cōſpectu tuo Deus meus p ignē cōpūctionis holocauſtū pingue, & medullatū: mactet totus ĩ ara cordis mei: ut tāquā pinguiſſimū holocauſtū aſſumar tibi in odorē ſuauitatis. Da mihi dulciſſime fontē irriguū, fontēq; pſpicuū, in quo lauetur aſſidue iſtud inquinatū holocauſtū. Licet enim me totū tibi obtulerim opitulante gratia tua: in multis tñ quotidie offendo propter nimiam fragilitatem meam. Da ergo mihi lachrymarum gratiam benedicte & amabilis Deus, præcipue ex multa dulcedine amoris tui, & commemoratione miſericordiarum tuarum. præpara hāc mēſam famulo tuo in conſpectu tuo: & da mihi eam in poteſtatē: ut quoties uolo ſatiet ex ea. Tribue pro pietate & bonitate tua, ut iſte calix tuus inebrians & præclarus ſatiet ſitim meā: ut inhiet ibi ſpiritus meus: & ardeat mēs mea

in amore tuo, oblitus uanitatis & miſeriæ. Audi Deus meus, audi lumē oculoꝶ meoꝶ, audi q̄ peto: & da ut petā qđ audias. Pie & exorabilis domine, ne efficiaris mihi inexorabilis propter peccata mea: ſed pp̄ bonitatem tuam ſuſcipe preces ſerui tui: & da mihi effectū petitionis meæ & deſiderij mei, precibus & meritis glorioſæ uirginis Mariæ dñæ meæ, & oium ſanctoꝶ. Amen.

Alia oratio ad IESVM. cap. xxxvij.

IESV domine, IESV pie, IESV bone, qui mori dignatus es propter peccata noſtra: & reſurrexiſti propter iuſtificationem noſtram: rogo te per glorioſam reſurrectionem tuam, reſuſcita me de ſepulchro uitiorum & peccatorum meorum omnium: & da mihi quotidie partem in reſurrectione prima: ut in reſurrectione tua merear ueraciter precipere portionem. Dulciſſime, benigniſſime, amantiſſime, chariſſime, precioſiſſime, deſideratiſſime, amabiliſſime, pulcherrime, aſcēdiſti in cœlum cū triūpho gloriæ

tuæ, & ſedes ad dexterā patris, rex potētiſſime, trahe me ſurſū ad te: ut currā poſt te in odorē unguentoꝝ tuoꝝ: currā, & nō deficiā te trahēte, te ducē te, me currēte: trahe os ſitientis te aīæ in ſupna fluēta æternæ ſatietatis: imo trahe me ad te fōtē uiuū: ut inde ꝓ captu meo bibā, unde ſemꝑ uiuā, Deus meus uita mea. Tu enī dixiſti ore tuo ſancto & benedicto. Siqs ſitit, ueniat ad me, & bibat. Fons uitæ, da ſitiēti animæ ſemper bibere ex te: ut ſecūdū ſanctam & ueridicam promiſſionem tuā, de uentre meo fluant aquæ uiuæ. Fons uitæ, reple mentem meam torrente uoluptatis tuæ: & inebria cor meum ſobria ebrietate amoris tui: ut obliuiſcar quæ uana ſūt & terrena: & te ſolum iugiter habeam i memoria mea: ſicut ſcriptum eſt. Memor fui Dei, & delectatus ſū. Da mihi Spiritum ſanctum tuū, quem ſignificabāt illæ aquæ, quas ſitientibus daturum te promiſeras. Da quæſo toto deſiderio, & omni ſtudio tendere, quo te aſcendiſſe poſt reſurrectionē die qua

drageſimo credimus;ut in præſenti q̃
dem miſeria ſolo tenear corpore,tecũ
aũt ſim cogitatione ſemꝑ,auiditate:ut
ibi ſit cor meum,ubi tu es, theſaurus
meus deſiderabilis, & incõparabilis,
multũq; amabilis. In hoc eni magno
huius uitæ diluuio, ubi circũſtãtibus
agitamur procellis,nõ iuenit fida ſta-
tio,& locus eminentior, ubi pes colũ
bæ ualeat aliquatenus regeſcere;nuſ
quam tuta pax, nuſquam ſecura qui
es: ubiq; bella & lites,ubiq; hoſtes:
foris pugnæ, intus timores. Et quia
altera pars ſumus cœli, altera terræ:
corpus,quod corrumpitur,aggrauat
animam:Idcirco animus meus, ſoci-
us & amicus meus, fatigatus de uia
ueniens languet,& iacet diſciſſus atq;
laceratus ab his quas pertranſierat ua
uanitatibus: eſurit, & ſitit ualde: &
non habeo quod ponam ante illum:
quia pauper ſum,& mendicus. Tu do
mine Deus meus,diues omnium bo-
norum, & dapium ſupernæ ſatieta-
tis opulentiſſime largitor, da laſſo ci-
bum; collige diſperſum;redintegra

ſciſſum. En ſtat ad oſtium & pulſat. ob
ſecro per uiſcera miſericordiæ tuæ, q;
bus uiſitaſti nos oriēs ex alto; api pul
ſanti: miſero manū pietatis tuæ porri
ge: & iube ꝓpitiabili dignatiõe, ut in
grediať ad te: requieſcat in te; reficiať de
te uiuo cœleſtiq; pane: quo ſatiatus,
reſumptiſq; uiribus, ad ſupiora ꝯſcē
dat: & de hac ualle lachrymaꝝ penna
ſancti deſiderij raptus, ad cœleſtia re=
gna uolitet. Aſſumat dñe, aſſumat ro=
go ſpiritus meus pēnas ut aqlæ; & uo
litet, & nō deficiat: uolet, & ꝑueniat uſ
q; ad decorē domus tuæ & locū habi
tationis gloriæ: ut ibi ſuper mēſam re
fectionis ciuiū ſupnoꝝ paſcať de oc
cultis tuis in lo co paſcuæ tuæ iuxta
fluēta pleniſſima. requieſcat in te deus
meus cor meū, cor mare magnum, tu
mens fluctibus. Tu, qui imperaſti uē
tis, & mari; & facta eſt trāqnillitas ma
gna: ueni, & gradere ſuper fluctus cor
dis mei: ut trāquilla & ſerena fiāt om
nia mea: quatēus unum bonū meum
amplectar te: & dulce lumen oculorū
meorū contempler te ſine tumultuan

tium cogitationũ cæca caligine. Con-
fugiat dñe mẽs mea ſub umbra alaꝝ
tuaꝝ ab æſtibus cogitationũ huius ſe
culi: ut in tui refrigerij tempamento
abſconſa, lætabunda cantet, & dicat.
In pace inidipſum dormiã & requieſ-
cã. Dormiat obſecro dñe Deus meus,
dormiat memoria mea ab oĩbus ma-
lis: iniqtatẽ odiat: iuſtitiã diligat. quid
enim pulchrius qd ue dulcius, q̃ iter
tenebras huius uitæ multaſq; amari-
tudines, diuinæ dulcedini inhiare, &
æternæ btiudini ſuſpirare: illic teneri
mente, ubi uera habere gaudia certiſſi
mũ ẽ? dulciſſime, amãtiſſime benigniſ
ſime, chariſſime, precioſiſſime, deſide-
ratiſſime, amabiliſſime, pulcherrimæ,
qñ te uidebo? qñ apparebo ante faciẽ
tuã? quando ſatiabor de tua pulchri-
tudine? quando educes me de hoc car
cere tenebroſo, ut confitear nomini
tuo: ita ut deinceps non compugnar?
quando trãſibo in illã admirabilem
& pulcherrimã domũ tuã: ubi perſo-
nat uox lætitiæ, & exultationis in ta-
bernaculis iuſtoꝝ? Beati qui habitant

miſer ego grauedine cōpedis mortali tatis meæ ꝯſtrictus? quid faciā? Dū ſu mus ī corpore, ꝑegrinamur a dño. Nō habemus hic manentē ciuitatē, ſed fu turá inq̄rimus. Noſter aūt municipa= tus in cœlis eſt. Hei mihi, q̄a īcolatus meus ꝓlongatus eſt: habitau cū ha= bitātibus Cedar: multū incola fuit aīa mea. Quis dabit mihi pēnas ſicut co lūbæ, & uolabo, & requieſcam? Nihil mihi tā dulce, q̄ cū dño meo eſſe. Mihi ꝯūt adhærerē Deo, bonū ē. Da mihi dñe donec his fragilibus aſſiſto mēbris, tibi adhærere: ſicut ſcriptū eſt. Qui ad hæret dño, unus ſpiritus eſt cum eo. Præbe mihi rogo ꝯtēplationis pēnas quibus īdutus ad te uolitē ſurſum. Et quia oē ſiniſtrum deorſum iacet tene= mentē meā, ne ad ima tenebroſæ ual= lis corruat: ne interueniēte umbra ter re, a te uero iuſtitiæ Sole ſeparetur: & obducta tenebris nebulæ, prohibeat alta reſpicere. Iccirco ſurſum tendo ad pacis gaudia, luciſq; delectabilē & ſereniſſimū ſtatū. Tene cor meum ma nu tua, q̄a ſine te ad altiora non rapit.

illuc feſtino,ubi ſumma pax regnat,& iugis tranquillitas rutilat. Tene & rege ſpiritũ meũ: & aſſume illũ ſecundũ uoluntatem tuã:ut te duce aſcẽdat in illã regionẽ ubertatis,ubi paſcis Iſrael in eternũ pabulo ueritatis:ut ibi uel rapida cogitatiõe attĩgat te ſummã ſapientiã ſup oĩa manentẽ cũcta trãſeũtẽ,& oia gubernãtẽ. Sed uolitãti ad te animæ multa ſunt q̃ obſtrepunt Iuſſu tuo dñe ꝯticeſcant mihi oĩa. Ipſa ſibi aĩa mea ſileat:oĩa ptranſeat:oĩa q̃ creata ſunt tranſcẽdat a ſe, & pueniat ad te atq; in te ſolo creatore omnium oculos fidei figat:tibi inhiet, tibi intẽdat, te meditetur, te cõtẽpletur, te ſibi ante oculos ponat,te ſub corde reuoluat ueꝝ & ſummum bonũ, & gaudium ſine fine manſurũ. Multæ deniq; ſunt cõtẽplationes,quibus aĩa deuota tibi mirabiliter paſcitur:ſed in nulla earũ ita delectatur & requieſcit aĩa mea, ſicut in te,& quãdo te ſolum cogitat & contẽplatur. Quã magna multitudo dulcedinis tuæ domine,quam mirabiliter inſpiras cordibus amatoꝝ tuoꝝ:

q̃ mira ſuauitas amoris tui: quo ꝑfruũtur illi qui nihil p̃ter te diligũt, nihil quærũt nihil etiã cogitare ꝯcupiſcũt. Felices illi, quibus tu ſolus ſpes es: & oẽ opus eoꝝ orõ. Beatus q ſedet ſolitarius, & tacet, & ſtat ſup cuſtodiã ſuã iugiter die ac nocte: ut adhuc in hoc fragili corpuſculo poſitus, p̃libare ualeat aliquatenus dulcedinẽ tuã. Rogo te ꝑ illa ſalutifera uulnera tua q̃ paſſus es in cruce pro ſalute nr̃a: a qbus emanauit ille p̃cioſus ſãguis, quo ſumus redẽpti: uulnera hãc aĩam meam peccatricem, pro qua etiã mori dignatus es: uulnera eam igneo & potentiſſimo telo tuæ nimiæ charitatis. Viuus eſt enim ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Tu ſagitta electa, & gladius acutiſſimus, q durum ſcutũ humani cordis penetrare tua potẽtia uales: cõfige cor meũ iaculo tui amoris: ut dicat tibi anima mea Charitate tua uulnerata ſum: ita ut ex ipſo uulnere amoris tui uberrimæ fluant lachrymæ die ac nocte. Percute domine, percute obſecro hanc duriſſi-

Oratio in afflictione.
Cap.xxxviij.

MIſerere dñe, miſerere pie, miſere mihi miſerrimo peccatori indi-gna agēti, & digna patiēti, aſſidue peccāti, & tua flagella quotidie ſuſtinēti. Si penſo malū quotidie qđ feci, nō ē tm̄ ꝙ patior: grauius ē qđ ꝯmiſi: leuius eſt ꝙ tolero. Iuſtus es dñe: & rectū iudiciū tuū: oīa iudicia tua iuſta ſunt & uera. iuſtus & rectus tu es dñe Deus nr̄: & nō eſt ulla iniqtas in te. Nō enim iniuſte, neq; crudeliter affligis nos peccatores oīpotēs & miſericors dñe: qui cū nō eſſemus, potēter feciſti nos: & cū ꝑditi fuiſſemus culpa nr̄a, pietate & bōitate tua mirabil'r reparaſti nos. Scio, & certus ſum, ꝙ uita nr̄a non temerarijs motibus agit: ſed à te dño Deo nr̄o diſponitur & gubernat. Vnde tibi cura eſt de omnibus, præcipue de ſeruis tuis, qui totam ſpē ſuā poſuerunt in ſola miſericordia tua. Iccirco obſecro & ſuppliciter rogo, ut non facias mihi ſecūdū peccata mea, quibus iram tuā merui; ſed ſecundū

magnã miſericordiã tuã, q̃ ſupat etiã peccata totius mũdi. Tu dñe, q exteriꝰ flagella irrogas, da ſemp interius indeficientẽ patientiã: ita ut laus tua non recedat de ore meo. Miſerere mei dñe miſerere mei, & adiuua me, ſicut tu noſti ꝙ mihi neceſſe eſt in corpore & in aĩa: ſcis enĩ omnia potes omnia, qui uiuis in ſecula.

Alia oratio ad Ieſum.

Cap. xxxix.

DOmine Ieſu Chriſte fili Dei uiuĩ q expãſis in cruce manibus, propter mortalium omniũ redẽptionem hauſiſti calicẽ paſſionis: mihi hodie ꝑbere digneris auxilium. Ecce pauper uenio ad te diuitẽ, miſer ad miſericordẽ: ne recedã uacuus uel ꝯtẽptus: eſuriens incipio: ne deſinã de te ieiunus: famelicus accedo: ne recedam impaſtus: etſi anteq̃ comedam ſuſpiro: da uel poſt ſuſpiria ut comedam. In primis dulciſſime Ieſu coram magnificẽtia tuæ ſuauitatis confiteor aduerſum me iniuſtitiam meã. Ecce domine in peccatis fui conceptus & natus; & tu

me abluiſti, & ſanctificaſti:& ego po-ſtea me maioribus ſordidaui pecatis. Fui eni in neceſſarijs natus, poſtea in ſpōtaneis uolutatus. ſed tu dñe miſe-rationis tuæ nō imemor, tuliſti me de domo patris mei carnalis, & de taber-naculis peccatoꝝ: & iſpiraſti mihi, ut ſequerer te cū gñatione q̄rentiū faciē tuā, ambulantiū ſemitā rectā, cōmorā-tiū iter lilia caſtitatis, & tecū diſcūben-tiū in cœnaculo altiſſimæ pauꝑtatis. & ego tot beneficioꝝ ingratus, poſt reli-gionis igreſſum multa cōmiſi illici-ta: multa ꝑpetraui nefanda: & ubi pec-cata emendare debui, peccata pecca-tis addidi. Hæc ſunt mala mea domi-ne, q̄bus exhonoraui te, & maculaui me, quē ad imaginē & ſimilitudinem tuam creaſti: ſuperbia, uanagloria, & cætera multa alia mala, quibus uexať & affligitur, lacerať & deſtruitur infe-lix a͞ia. Ecce dñe, iniquitates meæ ſu-ꝑgreſſæ ſunt caput meū: & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuꝑ me: & niſi tu, cui propriū eſt miſereri ſemper & par-cere, dexteram tuæ maieſtatis ſuꝑ po-

nas, mergi cogor miſerabiliter in ꝓ-
fundū. Attende dn̄e Deus & uide, q̄m
ſanctus: & ecce iſultat aduerſum me
inimicus meus, dicens. Deus dereliq̄t
eū: ꝑſequar, & cōprehēdam eū: q̄a nō
eſt q̄ eripiat. Et tu dn̄e uſq; quo? ꝯuer-
tere, & eripe aīam meā: ſaluū me fac
ꝓpter miſericordiā tuā: miſerere filio
tuo quē in dolore nō modico pep̄iſti:
& noli attendere ita malū meū, ut ob
liuiſcaris bonū tuum. Quis eſt pater,
qui filium nō liberet? aut quis filius,
quem pater pietatis baculo non corri
piat? Ergo pater & domine licet pecca
tor ſim: non poſſum non eſſe filius tu
us: quia tu me feciſti & refeciſti. Sicut
peccaui, emenda me: & prius flagello
emendatum, trade me filio tuo. Nun
quid obliuiſci poteſt mater infantem
uteri ſui? & certe ſi illa oblita fuerit,
tu pater promiſiſti te non obliuiſci.
Ecce clamo, & non exaudis me: dolo-
re crucior, & non conſolaris me.
Quid dicam, uel quid faciam miſerri
mus? Ego tanto deſtitutus ſolatio ꝓ
iectus ſum a facie oculoꝝ tuoꝝ. Heu

me, de quãto bono in quantũ malũ ce cidi? quo tendebã & quo deueni? ubi ſum, & ubi non ſum? ad quē aſpiraui & nunc in ꝗbus ſuſpiro? Quæſiui bona, & ecce turbatio. Ecce iam morior, & ieſus nõ eſt mecũ. Et ecce melius ē mihi non eſſe, q̃ ſine Ieſu eſſe. Melius eſt nõ uiuere, q̃ uiuere ſine uita. Et tu dñe IESV, ubi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ? nũꝗd iraſceris mihi in finē? Placare obſecro, & miſererē mei: & nõ auertas faciē tuam a me, qui pro me redimendo non auertiſti faciem tuam ab icrepãtibus, & ↄſpuentibus in te. Fateor ꝗa peccaui: & ↄſciētia mea me reē damnationē: & pœnitētia nõ ſuffi cit ad ſatisfactionē: ſed certũ eſt, ꝙ mi ſericordia tua ſupat oēm offenſionē. Noli quæſo pijſſime dñe ſcribere ad uerſum me amaritudines meas: ut in tres in iudiciũ cũ ſeruo tuo. ſed ſcd'm multitudinē miſerationum tuaꝝ dele iniqtatē meã. Væ mihi miſero, cũ ue ner it dies iudicij: & apti fuerint libri ↄſciētiaꝝ: cum diceē de me. Ecce hõ, & oꝑa eius. Quid faciam tũc dñe Deus

meus, cũ cœli reuelabunt iniquitatem meã, & aduerſum me terra cõſurget? Ecce nihil rñdere potero: ſed demiſſo capite præ ɔfuſiõe, corã te ſtabo trepidus & ɔfuſus. Heu me miſeꝝ, qd dicã clamabo ad te dñe deus meus. Quare tacens ɔſumor? uerũtamen ſi locutus fuero nõ qeſcet dolor meus: & ſi tacuero, amariſſima amaritudine crucior interius. Plãge aĩa mea, ſicut uidua ſup uirũ pubertatis tuæ: ulula miſera, & plora: quoniã dimiſit te ſponſus tuus Chriſtus. Ira omnipotentis ne irruas ſuper me, quia nunquã capi poſſes in me. Certe nõ ẽ in toto me, quod poſſet tolerare te. Miſerere, ne deſperem, ſed ſperando reſpirem. Et ſi ego cõmiſi, unde me dãnare potes: tu non amiſiſti, unde ſaluare ſoles. Tu oñe nõ uis mortẽ peccatorũ, nec lætaris in perditione moriẽtium: imo ut mortui uiuerent, tu mortuus es: & mors tua peccatoꝝ mortem occidit. Et ſi ipſi te morięte uixerũt: obſecro domine ut ego te uiuẽte nõ moriar. Mitte manũ tuam de alto: & libera me de manu inimico

rum meoꝝ,ne ſupgaudeāt mihi,& di cāt:deuorabimus eū.Quis unq̄ bone Ieſu de tua miſericordia diffidat,q, cū inimici tui eſſemus, redemiſti nos in ſanguie tuo,& recōciaſti nos Deo? Ecce,ſub tuæ miſericordiæ umbra protectus,ad thronū gloriæ ueniā poſtulās curro,clamās & pulſans,donec miſe- rearis mihi.Si eni ad ueniā nos uoca- ſti,ueniā nō q̄rētes:quāto magis ue- niā ipetrabimus poſtulātes?Ne memineris dulciſſime Ieſu tuæ iuſtitiæ ad- uerſus peccatorē tuū:ſed eſto memor benignitatis tuæ aduerſus creaturam tuā. Ne memineris iræ aduerſus reū: ſed memor eſto miſeratiōis tuæ aduerſus miſeꝝ.Obliuiſcere ſupbū ꝓuocā- tē & reſpice miſeꝝ iuocantē.Quid.n. eſt Ieſus niſi ſaluator? Ergo dn̄e Ieſu p temetipſum exurge in adiutoriū mihi:& dic aīæ meæ:ſalus tua ego ſum. Multum domine de tua bonitate præ ſumo:qm̄ tu ipſe doces petere,quære re,& pulſare: & ideo tua oratione ad- monitus peto,quæro & pulſo. Et tu domine, qui iubes petere,fac accipes

re:cóſulis quærere, da & inuenire: do
ces pulſare, aperi pulſanti: & cófirma
me infirmũ: reſtaura me perditũ: ſuſci
ta me mortuũ: & omnes ſenſus meos
cogitatus, & actus dirigere & guber-
nare digneris in bñplacito tuo: ut de
cætero tibi ſeruiã, tibi uiuam, tibi me
tradã. Scio dñe mi, quia ex hoc quod
me feciſti, debeo tibi meipſum; & qa
redemiſti, & pro me homo factus es:
deberẽ tibi pluſquã me, ſi haberẽ: &
quãto tu maior es, pro quo dediſti te-
ipſum. Ecce nec plus habeo: nec qđ
habeo, dare tibi poſſum ſine te: ſed ac
cipe me tu, & trahe me ad te: ut tuus
ſim imitatione, & dilectione, ſicut tu-
us ſum conditione, & creatione. Qui
uiuis & regnas in ſecula.

Alia oratio ad Deum. Cap. xl.

DOmine Deus omnípotẽs, qui es
trinus & unus: qui es ſemper in
omnibus: & eras ante omnia: & eris
ſemper in oibus Deus benedictus in
ſecula: tibi commendo hodie & omni
tempore

te mpore animā meā, corpus meum, uiſum, auditum, guſtare, odoratum, & tactum, oēs cogitationes meas, affe ctiones, locutiones, actiones, oia exte riora & iteriora, ſenſum & itellectum memoriā meā, fidē & credulitatē meā & pſeuerantiā meā, in manus potētiæ tuæ: ut cuſtodias ea diebus & nocti bus, horis atq; momētis. Exaudi me Trinitas ſancta; & pſerua me ab oī ma lo, ab oī ſcādalo, & ab oī mortali pec cato, & ab omnibus inſidijs & infeſta tionibus dæmonum, inimicorum uiſi bilium & inuiſibilium, per orationes patriarcharum, per merita propheta rum, per ſuffragia apoſtolorum, per conſtantiam martyrum, per fidem cō feſſorum, per caſtitatem uirginum, & interceſſionem omnium ſanctorum, qui tibi placuerunt ab initio mundi. Expelle a me iactantiam mentis, & au ge compunctionem cordis; minue ſu perbiam meam, & perfice in me humi litatem ueram: ſuſcita in me fletum, mollifica cor meū durum & lapideū: libera me domine, & animam meam

ab oĩbus iſidijs inimici, & ↄſerua me in tua uoluntate. Doce me dñe uoluntatẽ tuã facere: quia Deus meus es tu. Da mihi dñe ſenſum ꝑfectũ, & intellectũ: ut ſuſcipere ualeã ꝓfundam benignitatẽ tuã. Illud da mihi petere, qđ te audire delectet, & mihi expediat. da mihi lacrymas ex toto affcũ, q̃ peccatoꝝ meorum poſſint diſſoluere uincula. Audi dominus meus & deus meus audi lumen oculoꝝ meoꝝ: audi quæ peto: & da ut quod peto exaudias. Si deſpicis, pereo: ſi reſpicis, uiuo. Si iuſtitiam meam requiris, mortuus fœteo: ſi cum miſericordia reſpexeris, fetẽtem reſuſcitas de ſepulchro. Quod odis in me, lõge fac a me: & caſtitatis ac continentiæ ſpiritũ inſere in me: ut quodcũq; petiero, in ipſa petitione te non offendã. Tolle a me quod nocet, & præbe quod iuuet. præſta mihi dñe medicinam, unde mea poſſint curari uulnera. Da mihi dñe timorẽ tui, cordis cõpunctionẽ, mẽtis humilitatem, & ↄſcientiã purã. Præſta mihi dñe, ut firmã ſemꝑ tenere ualeã charitatẽ, &

mala mea nõ obliuiſcar, aliena nõ re-
quirã. Parce animæ meæ: parce malis
meis: parce peccatis meis: parce crimi
nibus meis. Viſita me infirmum: cura
me ægrum: ſana me languentẽ: & ſuſ-
ſcita me mortuũ. Da mihi dñe cor qđ
te timeat: mentem quæ te diligat: ſen
ſum qui te intelligat: aures quæ tæ au
diãt: oculos q̃ te uideãt. Miſerere mei
Deus, miſerere mei: & reſpice me de
ſede ſancta maieſtatis tuæ: & tenebras
cordis mei radio ſplẽdoris tui illumi
na da mihi dñe diſcretionẽ diſcernen
di inter bonũ & malũ: & ꝯcede ut ſen
ſum habeã peruigilẽ. Peto a te dñe
remiſſionẽ oĩum peccatoꝝ meorum,
per quam mihi fiat propitiatio in tẽ-
pore neceſſitatis & anguſtiæ meæ. Sã
cta & immaculata uirgo dei genitrix
Maria & mr̃ dñi noſtri ieſu Chriſti in
teruenire pro me digneris apud illũ
cuius meruiſti effici templum. Sanctæ
Michael ſancte Gabriel ſancte Rapha
el ſancti Chori Angelorum atque
archangelorum patriarcharum atq̃
Prophetarum: Apoſtolorum:

euangeliſtarum, martyꝝ, ꝯfeſſoꝝ, ſacer
dotū, leuitaꝝ, monachoꝝ, uirginum,
omniumq́ꝫ iuſtorum, per illū qui uos
elegit & de cuius ꝯtēplatione gaude-
tis, uos rogare præſumo: ut ꝑ me cul
pabili ipſi deo ſupplicare dignemini:
q̄tenus de faucibus diaboli, & de mor
te perpetua merear liberari. Largiri
mihi digneris dn̄e perpetuam uitā, ſe
cundū clemētiam & benigniſſimam
miſericordiam tuam. Da dn̄e Ieſu Xp̄e
ſacerdotibus ꝯcordiā, regibus & prin
cipibus iuſte iudicātibus trāquillitatē
& pacē. Oro domine pro uniuerſa ſan
cta Eccleſia catholica, ꝓ uiris & femi
nis, pro religioſis & ſecularibus, pro
omnibus rectoribus Chriſtianoꝝ, cū-
ctiſq́ꝫ in te credētibus, qui pro amore
tuo ſancto laborant: ut perſeuerantiā
boni operis obtineant. Præſta dn̄e rex
æternæ uirginibus caſtitatē, Deo dica
tis continentiā, coniugatis ſanctimo-
niam, pœnitentibus indulgentiam, ui
duis & orphanis ſuſtentationē, paupe
ribus ꝓtectionem, peregrinātibus re
ditum, lugētibus cōſolationē, defun-

ctis fideli, requiẽ ſempiternã, nauigãtibus ĩ portũ uenire ſalutis : optimis, ut in bonitate ſemp̱ conſiſtant: bonis & mediocribus, ut meliores fiant: praue agẽtibus & delinquẽtibus (ut ego miſer ſum) ut cito ſe corrigãt. O dulciſſ. & miſericordiſſime dñe Ieſu Xp̃e, Fili dei uiui, iter oẽs & p̱ oĩa me miſerũ peccatorẽ ꝯfiteor: ſed tu clemẽtiſſ. & ſũme, q̱ oĩum miſereris: nõ me paſtiaris a tua miſericordia fieri alienũ. Et tu dñe rex regũ, qui ĩducias uiuendi p̃ſtas: corrigẽdi mihi deuotionem tribue: excita in me mẽtẽ q̃ te regrat, te deſideret, & te q̱ es ubiq; totus, trinus & unus, ſemp̱ p̃ oĩbus amet, te timeat, tuáq; uoluntatẽ faciat. Præcipue te dñe ſancte Pr̃ deprecor, qui es bñdictus, & glorioſus p̱ oĩa ſecula: ut oẽs q̱ mei memoriã faciũt ĩ ſuis or̃onibus & qui ĩdignis oratiõibus meis ſe cõmãdauerũt: & qui mihi aliqđ charitatis officium & pietatis ſtudiũ impẽderunt: & illos qui cõſanguinitate ac cognatiõis affectu ſunt mihi ꝓpinq: tam illos qui nunc cõſiſtunt in corpo

re, quam illos qui tegũtur funere, miſericorditer gubernaŕ digneris, ne pereãt. Omnibus etiam Chriſtianis uiuis adiutorium præſtare digneris, & defunctis fidelibus abſolutionem, & requiem ſempiternam per æterna ſecula. Necnon & illud magnopere ſupplico dñe, qui es. a. &. o. ut, cum extrema dies mea, finiſque uitæ meæ aduenerit: tu mihi ſis miſericors iudex contra malignum accuſatorem diabolum: & ſis mihi perpetuus defenſor aduerſus inſidias hoſtis antiqui: & in ſocietatem angelorum omniũq; ſanctorum in ſancto paradiſo tuo me perſeuerare facias: qui es benedictus in ſecula Amen.

Alia oratio ad Ieſum. Cap. XLI.

DOmine IESV CHRISTE redemptio mea, miſericordia mea, ſalus mea, te laudo: tibi gratias ago, q̃uis ualde impares tuis beneficijs quãuis multum expertes deuotiõis, quãuis macras a deſiderata pinguedine dulciſſimi tui affectus, tamen qualeſcunq; gratias; non quales ſcio me de

bere, ſed ſicut poteſt conari, tibi pſol uit aïa mea. Spes cordis mei, uirtus a-nimæ meæ, cōpleat tua potētiſſ. digni tas, ꝙ conaẽ mea te pidiſſima ibecilli-tas: uita mea tu, finis intētionis meæ. Et ſi nōdum merui tantū quantū de-bitor ſum amare: utiq; ſaltē deſidero te amare: quātum debeo. Illuminatio mea, tu uides ꝯſcientiam meā: qa dñe ante te eſt oē deſiderium meum. & tu donas, ſiquid bene uult conſcientia mea. Si bonum eſt dñe, quod inſpiras imo quia bonum eſt. ut te uelim ama re: da poſſe: ut quantū iubes, tātum te merear amare. Laudes & gratias offe ro: ne ſit mihi donū tuū ifructuoſum quod tua ſpōtanea dediſti uolūtate: ꝑ fice quod icœpiſti: & dona qđ me be nigne ꝓueniendo immeritū deſidera-re feciſti. Cōuerte benigniſſime meū torporē in feruentiſſimū tui amorē. Ad hoc clementiſſime tendit hæc orō mea, hæc memoria & meditatio bene ficiorum tuorū: ut accendas in me tuū amorē. Tua me domine bonitas crea-uit: tua miſericordia creatum ab origi

nali peccato mundauit: tua patientia poſt illam emundationē baptiſmi in alijs peccatorum ſordibus inuolutū hactenus tolerauit, nutriuit, & expectauit. Expectas tu bone dñe correctionē expectationē expectat aīa mea ad pœnitēdum, ad bene uiuēdū tuæ gratiæ inſpirationē. Deus meus, creator meus, tolerator & nutritor meus, te ſitio te eſurio, te deſideco, ad te ſuſpiro & ꝯcupíſco: & ſicut pupillus benigniſſimi p̄ris orbatus p̄ntia, flēs & eiulās incelſanter, eíus dilectā faciē toto corde amplectit: ſic ego nō q̄tū debeo, ſed q̄tū q̄o, memor paſſiōis tuæ, memor alaparum tuarum memor flagellorū, memor uulnerum tuorum, memor q̄liter ꝓ me occiſus, q̄liter cōdítus, qualr ſepultus es ſimul memor tuæ gloríoſæ reſurrrectíonís & admirabilis aſcēſionis, hæc indubitata fide teneo: exilij mei ærūnas defleo: ſpero tui aduentus ſolā cōſolationem: ardenter deſidero tui uultus glorioſam contēplationē. Hei mihi: qa uídere nō potui dñm angelorum humiliatum ad cōuerſationē hoium,

ut hoies exaltaret ad ꝯuerſationẽ an-
geloꝝ: cũ Deus offenſus moriebat̃, ut
peccator uiueret. Heu qđ tã admirabi
li, tam inæſtimabili pietati p̃ſens obſtu
peſcere nõ merui. Cur, o aĩa mea, te p̃
ſertim nõ trãsfigit gladius doloris a-
cutiſſimi, cum ferre nõ poſſes uulnera
ri lancea latus tui ſaluatoris: cũ uider̃
neqres uiolari clauis pedes & manus
tui plaſmatoris, cũ horror̃ effundi ſan
guinẽ tui redemptoris? cur non es in
ebriata lachrymaꝝ amaritudie, cũ ille
potaretur amaritudine fellis? Cur nõ
es cõpaſſa caſtiſſimæ uirgini digniſſi-
mæ matris, eius, digniſſ. dñe tuæ? Do-
mina mea miſericordiſſima, quos fon
tes dicã erupiſſe de tuis pudiciſſ. ocu-
lis, cũ attẽderes unicũ filiũ tuũ inocẽ-
tem corã te ligari, flagellari, & macta
ri? Quos fletus credam ꝑfudiſſe pijſſi
mum tuũ uultũ, cum ſuſciperes eun
dem filiũ tuũ, Deum & dominum tuũ
in cruce ſine culpa extendi, & carnem
de carne tua ab impijs crudeliter diſ-
ſecari? Quibus ſingultibus æſtimabo
puriſſimum pectus tuũ uexatum eſſe,

cū tu audires. Mulier ecce filius tuus: & diſcipulus: ecce mater tua? Cū acci peres diſcipulum pro magiſtro, ſeruū pro dño? Vtinā cū felice Ioſeph dñm meum de cruce depoſuiſſem, aromati bus ꝯdiſſem, in ſepulchro collocaſſem ut ſaltē ꝯſecutus eſſem, ut tāto funeri nō defuiſſet aliqd mei, obſequij. utinā cū beatis mulieribus coruſca uiſione angeloꝝ eſſem territus: & audiſſem nūcium dñicæ reſurrectionis, nuncium meæ conſolationis, nuncium tam deſideratum. Vtinam inquam audiſſem ex ore angeli. Nolite timerē uos: Ieſum quæritis crucifixum: ſurrexit, non eſt hic. Benigniſſime, ſuauiſſime, ſereniſſime, quando reſtaurabis mihi, quia nō uidi illam beatæ tuæ carnis incorruptionē? qa non fui deoſculatus loca uulnerum, fixuram clauoꝝ? quia non reſpſi lachrymis gaudij cicatrices corporis ueri? Admirabilis, inæſtimabilis, incomparabilis, qñ cōſolaberis & cōpeſces me a dolore meo? Nō enim cadit in me dolor meus, quādiu peregrinus ſum a domino meo. Hei mihi

dñe, hei aīæ meæ: receſſiſti ꝯſolator aīe meæ, nec uale dixiſti. Ingrediēs uias tuas, bñdixiſti tuis, nec affui. Eleuatis manibus a nube ſuſceptus es in cœlū nec uidi. Angeli promiſerunt te redituturum, nec audiui. Quid dicā? qd faciam? quo uadā? Vbi eū quærā: uel qñ ueniā? Quē rogabo? qs nūciabit dilecto, quia amore langueo? Defecit gaudium cordis mei: uerſus eſt in luctum riſus meus: defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternū. Renuit cōſolari anima mea niſi de te dulcedo mea. Quid enim mihi eſt in cœlo, & a te quid uolui ſuper terram? Te uolo, te ſpero, te quæro: tibi dixit cor meū: q̄ſiui uultū tuū: uultū tuū dñe requirā: ne auertas faciē tuā a me. Amator hoīum benigniſſime, tibi derelictus ē pauper: orphano tu eris adiutor. Mi aduocate tutiſſime, miſerere mei orphani derelicti: pupillus factus ſum abſq; pře: aīa mea q̄ſi uidua. Reſpice orbitatis & uiduitatis meæ lachrymas, q̄s tibi offero donec redeas. Eia iā dñe, eia appa

re mihi, & conſolatus ero. Exhibe pſ-
ſentiam tuam, & conſequutus ero de-
ſiderium meum. Reuela gloriam tuā,
& erit perfectum gaudium meum. Si
tiuit in te anima mea, q̄ multipliciter
tibi caro mea. Sitiuit anima mea ad de
um fontem uiuum. Quando ueniam
& apparebo ante faciem domini? quā
do uenies conſolator meus? quē expe
ctabo? quando uidebo gaudiū meum
quod deſidero? O ſi ſatiabor, cū appa
ruerit gloria tua, quam eſurio. O ſi ine
briabor ab ubertate domus tuæ, ad
quam ſuſpiro. Si potabis me torrente
uoluptatis tuæ, quem ſitio. Sint mihi
domine interim lachrymæ meæ
panes die ac nocte, donec dicat̄ mihi,
ecce Deus tuus: donec audiat anima
mea: ecce ſponſus tuus. Paſce interim
me ſingultibus: refocilla me dolori-
bus. Veniet fortaſſe redemptor meus,
quia bonus eſt: nec tardabit, quia pius
eſt. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum.
Amen.

FINIS.

INDEX CAPITVLORVM LIBRI SOLILOQVIORVM.

De ineffabili dulcedine dei. ca.1
De miſeria, & fragilitate hoīs. ca.2
De mirabili lumine dei. cap.3.
De mortalitate humanæ natu. ca.4
Quid ſit nihil fieri. cap.5
De caſu animæ in peccatis. ca.6
De multiplicibus bñficijs dei. cap.7
De dignitate hominis futura. ca.8.
De omnipotentia dei. ca.9.
De incōprehēſibili laude Dei. ca.10
De ſpe erigenda ad deum. 11
De laqueis cōcupiſcentiarū. ca.12.
De miſeria hois, & bñficijs Dei. ca.13
Quod Deus conſiderat aſſidue opera, & intentiones hominum. ca.14.
Quod homo ꝑ ſe nihil poteſt ſine diuina gratia. ca.15
De diaboli tentationibus. cap.16
Quod deus eſt lux iuſtorū. cap.17
De beneficijs Dei. cap.18
De feruore charitatis. cap.19.
Quod deus ſubiecit omnia ſeruituti hominum. cap.20
Quod ex cōſideratiōe bonorū tpaliū colligit magitudo cœle. cōſil. ca. 21

Quod diuia dulcedo oēm pſentē mū di amaritudinē tollit. cap.22
Quod ſpes noſtra & deſideriū noſtrū debet eſſe in Deum. Cap.23
Quod ſalus nr̄a ex Deo eſt. Cap.24
Quod uolūtas nr̄a ïefficax ē ad bona opera ſine gratia Dei. Cap.25
De antiquis beneficijs Dei. ca.26
De angelis deputatis ad cuſtodiam hominum. ca.27.
De profunda prædeſtinatione & præſcientia dei. cap.28
De illis q pri'ſūt iuſti; & poſtea impij efficiuntur; & econuerſo. Cap.29.
Qđ aïa fidelis ſit ſāctuariū dei. ca.30
Vbi & quō deus poſſit iueniri. ca.31
Confeſſio ueræ fidei. ca.32
Gratiarū actio pro cœleſti cordis illuminatione. cap.33
Cōſideratio diuinæ maieſtatis. Ca.34
De deſiderio, & ſiti aïæ i Deū. ca.35
De gloris cœleſtis patriæ. cap.36.
Oro ad ſanctā Trinitatē. cap.37

Oratio B. Cypriani martyris.
Oratio Manaſſe regis Iuda.

FINIS.

INDEX CAPITVLORVM LIBRI QVI DICITVR MANVALE.

De mirabili eſſentia Dei. Cap. 1.
De indicibili ſcientia Dei. cap. 2.
De deſiderio aiæ ſentiẽtis Deũ. cap. 3.
De miſeria aiæ, que dñm nr̃um Ieſum Chriſtum non amat, nec q̃rit. Cap. 4.
De deſiderio aiæ. Cap. 5
De felicitate animæ a terreno carcere reſolutæ. c. 6. De gaudio paradiſi. c. 7
De regno cœlorum. cap. 8
Poſt nimio ploratus mœſtam animã conſolatur Deus. cap. 9.
De dulcedine diuini amoris. a. 10
De p̃paratiõe nr̃æ redẽptionis. ca. 11
De gaudio ſpirituali. c. 12.
Verbũ ĩcarnatũ ẽ cã nr̃æ ſpei. ca. 13.
Quanto maior de Deo meditatio, tanto dulcior. cap. 14
Quod deſiderãdæ ſint pro Chriſto tribulationes in hac uita. cap. 15
Q̃ũo regnũ cœloꝝ poſſit agri. Ca. 16
Quid ſit, & q̃d hẽat paradiſus. ca. 17.
Non ualet homo uicem Deo reddere niſi per amorem. cap. 18
Quid in nobis deus requirat ſibi ſimile. cap. 19.

De cõfidẽtia aĩæ amãtis Deũ. Cap.20
Quid fecit Deus ꝓpter hoiem. C.21
De recordatione uulnerũ Ieſu Chriſti domini noſtri. Cap.22.
Quod recordatio uulnerum Chriſti eſt efficax remedium cõtra omnes aduerſitates. cap.23.
Meditatio animæ ad amorem Chriſti. Cap. 24
Quod nihil poſſit aĩæ ſufficerẽ præter ſummum bonum. cap.25
Quid ſit cognitio ueritatis. Cap.26.
Quid in nobis operetur miſſio Spiritus ſancti. Cap.27
De operatione eius, qui diligit deũ. 28
De uera cordis requie. Ca.29
Quicq̃d mẽtis aſpectũ a Deo retrahit oĩo fugiẽdũ ẽ, atq; execrãdũ. cap.30
Viſio Dei ꝑdita eſt propter peccatum & miſeria inuenta eſt. cap.31
De bonitate Dei. cap.32
De delectabili fruitiõe Dei. Cap.33
Summũ bonũ appetẽdũ ẽ. ca.34
De mutua chari. ſcõꝝ i cœlis. cap. 35
De pleno gaudio uitæ æter. cap.36

FINIS.

DIVI AVRE LII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPISO LLIOQVIA

De ineffabili dulcedine Dei. Cap.I.

COGNOSCAM te domíne cognitor me us;co gnoſcam te uir tus aíæ meæ. Oſtende te mihi cõſolator me us;uideã te lumẽ ocu loꝝ meorum ;ueni gau diũ ſpiritus mei ;uideã te lætitía cor- dis mei;diligã te uita aïæ meæ ; appa re mihi đlectatio mea magna,ſolatiũ meũ dulce,domíne Deus meus ,uita mea,& gloria tota aíæ meæ . Inueniã te deſiderium cordis mei ;teneãm te amor animæ meæ: amplectar te ſpõ- ſe cœleſtis,exultatio mea ſumma in- tus & extra : poſſideam te beatitudo ſempiterna:poſſideã te in medio cor- dis mei ,uita beata, & dulcedo ſũma animæ meæ .Diligã te domine fortis

tudo mea: dñs firmamẽtũ meũ, & re-
fugiũ meũ, & liberator meus. Amem
te Deus meus, adiutor meus, turris
fortitudinis mihi, & ſpes mea dulcis
in oĩ tribulatione mea. Amplectar te
bonũ, ſine quo nihil bonum: fruar te
optimo, ſine quo nihil eſt optimũ. A-
peri penetralia auriũ mea℞ Verbũ pe
netrabilius oĩ gladio ãcipiti: ut audi
am uocẽ tuã. Intona domine deſuper
uoce grãdi & forti: tonet mare, & ple
nitudo eius, cõmoueatur terra, & om
nia quæ ĩ eis ſunt. Illuſtra oculos me
os lux ĩcõprehẽſibilis: fulgura coruſ
catiões, & diſſipa eos, ut nõ uideãt ua
nitatem: fulmina multiplica & cõtur
ba eos, ut appareãt fontes aquarum,
& reuelentur fundamẽta orbis terra-
rum. Tribue uiſum lux inuiſibilis, q
te uideat. Crea nouũ olfactum odor
uitæ, qui poſt te currat ĩ odorem un-
guentorum tuorum. Guſtum ſana,
qui ſapiat, & cognoſcat, & diſcernat
quam magna multitudo dulcedinis
tuæ domine, quam abſcondiſti timẽ-
tibus te, ſiue his, qui pleni ſunt chari

tatis tuæ. Da mihi cor, qđ te cogitet animum, qui te diligat: mentem, que te recolat: intellectum, qui te intelligat rationem, quæ ſemper tibi ſumme delectabili foriter adhæreat: te ſẽper amor ſapiens diligat. O uita, cui omnia uiuũt: uita, quæ das mihi uitã: uita, quæ es mea uita: uita, ꝑ q̃ uiuo, ſine qua morior: uita ꝑ q̃ reſuſcitor ſine qua pereo: uita, ꝑ q̃ gaudeo, ſine qua tribulor: uita uitalis, dulcis, & amabilis, ſempꝗ memorabilis: ubi quæſo es? ubi te inueniã, ut in me deficiã, & in te ſubſiſtã? Prope eſto in animo, prope eſto in corde, prope in ore prope ĩ auribus prope in auxilio: qa amore langueo: qa ſine te morior qa te recolens, ſuſcitor. Odor tuus me recreat: memoria tua me ſanat: ſed ſatiabor cũ apparuerit gloria tua, uita animæ meæ. Cõcupiſcit & deficit anima mea de memoria tua. Q ñ ueniam, & apparebo tibi, lætitia mea? Quare faciẽ tuã auertis gaudiũ meũ, ꝑ q̃ gaudeo: ubi es abſconditus pulcher, quẽ deſidero? Odorẽ tuũ haurio, uiuo, &

gaudeo: te autē non uideo. Vocē tuā audio, & reuiuiſco. Sed cur faciē tuā abſcōdis? Forte dicis, Nō uidebit me homo, & uiuet. Eia domine, moriar, ut te uideā: uideā, ut hic moriar. Nolo uiuere, uolo mori: diſſolui cupio, & eſſe cū CHRISTO. Mori deſidero, ut uideā CHRISTVM: uiuere renuo, ut uiuā cū CHRISTO. O domine IESV, accipe ſpiritū meū: uita mea, ſuſcipe animā meā: gaudiū meū, attrahe cor meū: dulcis cibus meus, comedā te. Caput meū, dirige me: Lumē oculoꝝ meorum, illumina me: melos meum tempera me: Odor meus, uiuifica me Verbum Dei, recrea me: Laus meæ, lætifica animam ſerui tui: intra in eam gaudium meum, ut in te gaudeat: intra in eam dulcedo ſumma, ut dulcia ſapiat. Lumen æternum, illuſtra ſup eam, ut te intelligat, cognoſcat, & diligat. Ob hoc enim domine non te diligit, ſi non diligit, quia non te cognoſcit: & te ideo non cognoſcit, quia nō intelligit: & iccirco non intelligit, qa lumē tuū nō comprehēdit. Nā & lux

In tenebris lucet: & tenebræ eam nõ cõphenderunt. O lux mentis, o lucens ueritas, o uera claritas, quæ illuminas omnem hominem uenientem in hunc mundũ, uenientẽ quidẽ, ſed nõ diligentẽ; qa q diligit mũdũ, inimícus dei ꝯſtituitur expelle tenebras de ſup faciẽ abyſſi mẽtis meæ, ut uideat te intelligẽdo, ut cognoſcat te cõpꝛehendendo, ut diligat te cognoſcẽdo. Quiſquis enim cognoſcit te, diligit te ſe obliuiſcítur; amat te plus q̃ ſe; relinqt ſe, & uenit ad te, ut gaudeat de te. Hinc eſt ergo domine, ꝙ nõ tantũ diligo quãtũ debeo, qa non plene cognoſco te Sed qa paꝝ cognoſco, paꝝ rũ diligo; & qa paꝝ diligo, parũ in te gaudeo: ſed a te uero gaudio ĩteriori per exteriora recedens, dum te ſolo careo, adulterinas amicitias ĩ his exterioribus q̃ro. & ſic miſer ego, cor meum, quod tibi ſoli debui toto amore totoq; affectu impendere, uanis dedi; & ideo uanus affectus ſum, dũ uanitatem dilexi. Hinc etiã eſt domine, quod in te non gaudeo, & tibi non ad

hæreo: quia ego in exterioribus, tu in interioribus: ego in temporalibus, tu in ſpiritualibus: ego in trãſitorijs animo diffundor, cogitatione uerſor, locutiõe implicor: & tu domine in æternis habitas, & æternitas es: tu in cœlo ego in terra: tu diligis alta, ego ĩfima: tu cœleſtia, ego terreſtria. Et quando poterunt hæc contraria ꝯuenire?

De miſeria, & fragilitate hominis. Cap. II.

MIſer ego, quando poterit obliquitas mea tuæ rectitudini adæquari? Tu domine diligis ſolitudinẽ, ego multitudinẽ: tu ſilẽtiũ, ego clamorẽ: tu ueritatẽ, ego uanitatẽ: tu mũditiam ego immundiciam ſequor. Quid plura dñe? Tu uere bonus, ego malus: tu pius, ego ĩpius: tu ſanctus, ego miſer: tu iuſtus, ego iniuſtus: tu lux, ego cæcus: tu uita, ego mortuus: tu medicina ego æger: tu gaudiũ, ego triſtitia: tu ſumma ueritas, ego uniuerſa uanitas ut omnis homo uiuens. Heu quid igitur o creator dicam? Audi o creator. Creatura tua ſum, iam perij: creatu-

ta tua ſum, iam morior: factura tua ſum, iã ad nihilum redigor. Plaſma tuũ ſum. Manus tuæ dñe fecerũt me & plaſmauerunt me: manus inquam illæ, q̃ clauis affixæ ſũt ꝓ me. Opꝰ manuũ tuaꝝ dñe ne d̃ſpicias: uulnera manuum tuaꝝ p̃cor ut aſpicias. Ecce in m?ibus tuis dñe Deus deſcripſiſti me lege ipſã ſcripturã: & ſalua me. En ad te ſuſpiro creatura tua: creator es: recrea me. En ad te clamo factura tua: uita es: uiuifica me. En ad te reſpicio tuũ plaſma: plaſmator es: reſtaura me. parce mihi dñe: nihil. n. ſũt dies mei. qd ẽ hõ, ut poſſit alloq. Deũ factorẽ ſuũ Parce mihi colloquenti tibi: ignoſce ſeruo tuo, q p̃ſũit loq tanto dño. Legẽ nõ hẽt neceſſitas: dolor meus cõpellit me diceř: calamitas, q̃ patior, cogit me exclamař. Ægrotus ſũ: ad medicũ clamo: cecus ſũ ad lucẽ ꝓpo, mortuꝰ ſũ: ad uitã ſuſpiro. tu es medicꝰ, tu lux, tu uita. ieſu nazarene. Milereř mei fili dauid, miſerere mei fõs miſericordie: audi eum, qui ad te clamat, ĩfirmum: lux quæ tranſis, expecta cæcum præ

be ei manum, ut ad te te ueniat, & ĩ lumine tuo uideat lumẽ. Vita uiuẽs, reuoca mortuũ. quid ſum ego, q̃ loquor tecum? Væ mihi dñe: parce mihi dñe. Ego cadauer putridũ, eſca uermium, uas fœtidum, cibus igniũ. Quid ſum ego, q̃ loquor tecũ? Væ mihi dñe: parce mihi dñe. Infelix ego homo. Hõ inquã, natus de muliere, breui uiuẽs tp̃e repletus multis miſerijs: hõ, inquam, uanitati ſimilis factus, comparatus iumẽtis inſipientibus, & iam ſimilis factus illis. Quid iterum ego? Abyſſus tenebroſa, terra miſera, filius iræ, uas aptũ in ꝯtumeliã, genitus per immunditiam, uiuens in miſeria, moriturus in anguſtia. Heu miſer, q̃d ſum? Heu q̃d futurus ſum? Vas ſterquilinij, concha putredis, plenus fœtore & horrore, cæcus, pauper, nudus, plurimis neceſſitatibus ſubditus, ignorans introitum & exitum meum: miſer & mortalis: cuius dies ſicut umbra prætereunt cuius uita ſicut umbra lunatica euaneſcit: ſicut flos in arbore creſcit & ſtatim marceſcit: nunc floret & ſta-

tim aret. Vita inquā mea, uita fragilis, caduca, uita q̄ quāto magis creſcit, tā to magis decreſcit: quāto magis pro cedit, tanto magis ad mortē accedit: uita fallax & umbratica, plena laqueis mortis. Nunc gaudeo ſtatim triſtor. nūc uigeo, ſæpe īfirmor: nūc uiuo ſta‐tim morior: nūc felix appareo, ſemꝑ miſer: nūc rideo, iā fleo. Sicq; oia⁊ mu‐tabilitati ſubiacēt, ut nihil uix una ho ra in uno ſtatu ꝑmaneat. Hinc timor, hinc tremor, hinc fames, hinc ſitis, hinc calor, hinc frigus, hinc lāguor, īde dolor exuberat. Subſequit́ his im portūa mors, q̄ mille modis quotidie miſeros hoīes īnopinate rapit. Hunc necat febribus, illum opprimit dolori bus: hunc cōſumit fame, illum ſiti ex tinguit: hunc ſuffocat aquis, illum in‐terimit laqueo: illū perimit flammis, alium dentibus beſtiarum ferocium uorat: hūc trucidat ferro, illum uene no corrumpit; alterum repentino ter rore miſeram uitam finire compellit. Et nunc ſuper hæc omnia magna mi‐ſeria: quia, cū nihil ſit certius morte,

ignorat tamen homo finem ſuum: & cum ſtare ſe putat, colliditur & perit ſpes eius. Neſcit enim homo quando uel ubi, uel quomodo moriať: & tamen certum eſt quod eum mori oporteat. Ecce domine q̃ magna miſeria hoīs ī qua ſum, nec timeo: q̃ grādis calamitas quā patior, nec doleo, & ad te nō clamo. Clamabo domine antequam tranſeam: ſi forte non tranſeā, ſed in te maneam. Dicam ergo, dicam miſeriam meam: confitear nec erubeſcam ante te utilitatem meam. Adiuua me fortitudo mea, per quam ſubleuor: ſuccurre mihi uirtus, ꝑ quā ſuſtentor. Veni lux, per quam uideo: appare mihi gloria, per quā gaudeo: appare uita, ī qua uiuā dn̄e Deus meus.

De mirabili lumine Dei. cap. iij.

O Lux quam uidebat Tobias, quādo clauſis oculis docebat filiū ſuum uiam uitæ: Lux: quam uidebat Iſaac interius, quando caligantibus oculis exterius, filio futura narrabat: Lux inquā īuiſibilis, cui omnis abyſſus humani cordis eſt uiſibilis: Lux

quam Iacob uidebat, quãdo, ſicut tu intus docebas, filijs exterius uentura prædicebat. Ecce tenebræ ſunt ſuper faciem abyſſi mentis meæ: tu es Lumen. Ecce caligo tenebroſa ſuper aquas cordis mei: tu es Veritas. O Verbũ, per quod facta ſũt omnia, & ſine quo factum ẽ nihil: Verbũ quod es ante omnia, ante qđ nihil: Verbũ creans omnia, ſine quo omnia nihil: Verbum regens omnia, ſine quo nõ ſunt omnia: Verbum, quod dixiſti in pricipio: Fiat lux: & facta eſt lux: dic etiam mihi, fiat lux: & facta ſit lux: et uideam lumen, & cognoſcam quicquid non eſt lumen: quia ſine te mihi tenebræ lumen, & lumen tenebræ ponunt. Et ſic ſine tua luce nõ eſt ꝟitas adeſt error, adeſt uanitas: nõ ẽ diſcretio, adeſt ꝯfuſio adeſt ignorãtia nõ ẽ ſciẽtia: adeſt cæcitas, nõ ẽ uiſio: adeſt inuiã, nõ eſt uia: adeſt mors, nõ ẽ uita

De mortaalitate humanæ nature. Cap. 4.

Ecce domine, quia lux non eſt, mors eſt: imo non eſt mors: quia

nihil eſt mors; nã ꝑ ipſam ad nihilũ tendimus; dũ nos nihil facere ꝑ peccatũ ñ formidamus. Et iuſte qdẽ hoc domine: nã digna factis recipimus: dum ad nihilum deuenimus tanquã aqua decurrens: quia ſine te factum eſt nihil: & nos faciendo nihil, facti ſumus nihil; qa ſine te ſumus nihil: ꝑ quẽ facta ſũt oĩa: ſine quo factũ eſt nihil. O domine Verbũ, o Deus Verbũ, ꝑ qđ facta ſunt omnia, ſine quo factũ ẽ nihil. Væ mihi miſero toties obcæcato: qa tu lux, & ego ſine te: Væ mihi miſerio toties uulnerato: qa tu ſalus, & ego ſine te: Væ mihi miſero toties infatuato: quia tu es ueritas, & ego ſine te: Væ mihi miſero toties deuiato: quia tu uia, & ego ſine te. Væ mihi miſero toties mortuo: qa tu uita, & ego ſine te: uæ mihi miſero toties annihilato: qa tu Verbũ ꝑ quod facta ſunt oĩa, & ego ſine te: ſine quo factũ eſt nihil. O domine Verbum, o Deus uerbum, qui es lux, per quem facta eſt lux: q es uia, ueritas, & uita: in quo non ſunt tenebræ, error, ua-

nitas,neq; mors: Lux, ſine qua tene-
bræ:uia, ſine qua error:ueritas, ſine
qua uanitas:uita,ſine qua mors: dic
Verbum domine:fiat lux:ut uideam
lucem, & uitem tenebras: uideam
uitam,& uitem inuium: uideam ue-
ritatem, & uitem uanitatem: uideam
uitam, & uitem mortem. Illuminare
domine lux mea,& ſalus mea,quem
timebo:dominus meus, quem lauda
bo. Deus meus,quem honorabo: pa
ter meus,quem amabo: ſponſus me
us, cui me ſeruabo:illuminare, inq̃,
illuminare lux huic cæco tuo, qui in
tenebris & umbra mortis ſedet: &
dirige pedes eius in uiam pacis: per
quã ingrediar in locũ tabernaculi ad
mirabilis uſq; ad domũ Dei, in uoce
exultatiõis & ꝯfeſſiõis. Vera eni ꝯfeſ
ſio eſt uia p q̃ regrediar ab iuio, & re
uertar ad te uiã:q̃a tu es ꝟa uia uitæ.

Quid ſit nihil fieri. cap. v

Confitear ergo, confitear tibi Pa-
ter domine cœli & terræ, miſe
riam meam: ut me uenire liceat ad
miſericordiam tuã. Miſer quippe fa

ctus ſum: & ad nihilũ redactus ſum & neſciui: q̃a tu es Veritas, & ego nõ erã tecũ, uulnerauerunt me iniq̃tates meæ, & nõ dolui: q̃a tu es uita, & ego nõ erã tecũ: ad nihilũ duxerũt me: q̃a tu es ṽbũ, & ego nõ erã tecũ: ꝑ quẽ facta ſunt oĩa: ſine quo factũ ẽ nihil & iõ ſine te factus ſum nihil. q̃a eſt nihil, qđ ad nihilũ ducit. Omnia ꝑ Verbũ facta ſunt, quæcũq; facta ſunt. Et qualia facta ſũt? uidit deus cũcta quæ fecerat: & erãt ualde bona. Oĩa quæcũq; ſunt, ꝑ Verbũ facta ſũt: & q̃cũq; per Verbũ facta ſũt ualde bona ſunt. Quare bona ſunt? quia oĩa ꝑ Verbũ facta ſũt: Et ſine ipſo factum ẽ nihil: q̃a nihil bonũ ſine ſummo bono eſt. Sed malũ ẽ, ubi nõ ẽ illđ bonũ: ꝙ utiq; nihil eſt: q̃a nihil aliud eſt malũ, q̃ priuatio boni: ſicut nihil eſt aliud cæcitas, q̃ priuatio luminis. Malum itaque nihil eſt: q̃a ſine Verbo factũ ẽ: ſine quo factum eſt nihil. Illud aũt malum eſt, quod priuatur illo bono, per qđ oĩa facta ſũt bona. ſ. Verbo, ꝑ qđ oĩa facta ſunt q̃cũq; ſunt. At quæ non

ſũt p ipſum facta, nõ ſunt: & ideo ni hil ſũt: & ideo mala ſunt, qa facta nõ ſunt: qa oĩa quæcũq; facta ſunt, p Ver bũ facta ſunt: & oĩa p Verbũ bona fa cta ſũt. Cũ igiẽ oĩa p Verbũ facta ſũt mala p ipſum nõ ſũt. Reſtat igiẽ, qđ oĩa quæ facta nõ ſunt, bona nõ ſunt: qa oĩa quæcũq; facta ſunt bona ſunt: & ideo mala ſunt, quæ facta nõ ſunt, & ideo nihil ſũt: qa ſine Verbo factũ ẽ nihil. Malũ igitur nihil eſt, qa factũ nõ eſt. Sed qualiter malũ, eſt ſi factũ nõ eſt? Quia malũ priuatio boni ẽ, p qđ factũ bonũ eſt. Eſſe ergo ſine Ver bo malum eſt: quod eſſe nõ eſt: quia ſine ipſo nihil eſt. Sed quid eſt ſepara ri a Verbo? ſi hoc uelis ſcire, audi quid ſit Verbum. Verbum Dei dicit. Ego ſum uia, ueritas, & uita. Separari ergo a uerbo, eſt eſſe ſine uia, ſine ue ritate, ſine uita: & ideo ſine ipſo nihil: & iõ malũ: qa ſeparaẽ a uerbo per, qđ facta ſũt õia ualde bona: Separari aũt a uerbo, per qđ oĩa facta ſunt, nihil aliud eſt quã deficerẽ, & a facto trãſire in defectũ: quia ſine ipſo factũ ẽ nihil

Quoties ergo a bono deuias, toties a Verbo te ſeparas, qa ipſum eſt bonũ & ideo nihil efficeris: qa ſine Verbo es: ſine quo factũ eſt nihil. Nunc igit domine illuminaſti me lux, ut uiderē te uidi & cognoui me: qa toties nihil factus ſũ, quoties a te ſeparatus ſũ: qa bonũ, qđ tu es, oblitus ſũ: & ideo malus effectus ſum. Væ mihi miſero ut qd hoc nõ cognoſcebã: qa te, deſerẽs nihil fiebã? Sed qd hoc quæro? ſi nihil erã: quomodo cognoſcere uolebã? Scimus, qa nihil, nihil eſt: & qđ nihil eſt, nõ eſt: & qđ nõ eſt, bonũ nõ eſt: quia nihil ē. Si ergo nihil fui, cũ ſine te fui: q̃ſi nihil fui, & uelut idolũ, quod nihil eſt: quod quidē aures habet, & non audit: nares habet, & non odorat: oculos habet, & non uidet: manus habet, & nõ palpat: pedes habet, & non ambulat: & oīa lineamẽta habet membrorum ſine ſenſu eorũ.

De caſu animæ in peccatis.

cap. VI.

CVm igr̃ fui ſine te, nẽ fui, ſʒ nihil fui. Et iõ cæc⁹ erã, ſurdus, & iſenſibilis:

ſibilis: quia nec bonũ diſcernebã, nec malum fugiebam, nec dolorẽ uulneꝝ ſentiebã, nec tenebras meas uidebam quia eram ſine te uera luce, quæ illuminas oẽm hoiem uenientem in hunc mundũ. Væ mihi: uulnerauerunt me, & nõ dolui: traxerunt me, & nõ ſenſi: quia nihil eram, qa ſine uita eram: q̃ eſt Verbũ, per qđ facta ſunt oia. Ideo dñe lux mea inimici mei de me feceſrũt quæcũqꝫ uoluerunt: percuſſerunt, nudauerunt, polluerũt, corruperunt, uulnerauerunt & occiderunt me, quia receſſi a te, & factus ſum nihil ſine te. Heu domine, uita mea, qui feciſti me: lux mea, qui direxiſti me: defenſor uitæ meæ, miſerere mei, & reſuſcita me domine deus meus, ſpes mea, uirtus mea, fortitudo mea, conſolatio mea in die tribulationis meæ, reſpice inimicos meos, & eripe me: fugiant a facie mea qui oderunt me: & ego uiuam in te per te. Ipſi enim domine conſiderauerunt me uidẽtes me ſine te, deſpexerunt me. Diuiſerunt ſibi ueſtimẽta uirtutum, quibus ornaueras me: fece

rũt ſibi uiam ꝑ me: ſub pedibus ſuis ꝯculcauerũt me; fecibus peccatoꝝ polluerũt tẽplum ſanctũ tuũ: poſuerunt me deſolatũ, & mœrore ꝯfectũ. ibam poſt eos cæcus, & nudus, & illaqueatus funibus peccatoꝝ: trahebant me poſt ſe in circuitu de uitio in uitium, & de luto in lutũ: & ibã abſq; fortitudine ante faciẽ ſub ſequentis. Seruus erã, & ſeruitutẽ amabã. Cæcus eram, & cæcitatẽ deſiderabã. Vinctus eram, & uincula nõ horrebã. Amarum dulce, & dulce amarũ credebã. Miſer erã nec cognoſcebam: & hoc, quia ſine Verbo eram, ſine quo factũ eſt nihil per quod omnia conſeruantur, ſine quo omnia annihilantur. Sicut enim omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil; ſic per ipſum omnia conſeruantur, quæcunq; ſunt, ſiue in cœlo, ſiue in terra: ſiue in mari & ĩ omnibus abyſſis. Nec pars parti in lapide adhæret nec ĩ aliquo creatorum; niſi quia per Verbum conſeruantur per quod omnia facta ſunt. Adhæream ego tibi Verbum; ut con

ſerues me: quia ubi a te receſſi, perij ſ me, niſi quia tu, qui me feceras, refeci ſti me. Ego peccaui, tu me uiſitaſti. Ego cecidi, tu me erexiſti. Ego ignoraui, tu me docuiſti. Ego non uidi, tu me illuminaſti.

De multiplicibus beneficijs Dei. Cap. VII.

MIſer ergo, Deus meus: quãtũ teneor diligeẽ te oſtẽde mihi: q̃tum debeo laudare te, demõſtra mihi: quantũ debeo placere tibi, innoteſce mihi. Intona dñe deſuper uoce grãdi & forti in interiorẽ aurem cordis mei doce me, & ſalua me, & collaudabo te q creaſti me, cũ nihil eſſem: q illuminaſti me, cũ in tenebris eſſem: qui reſuſcitaſti me, cũ mortuus eſſem: qui paſuiſti me a iuuentute mea oĩbus bonis tuis. Hunc inutilẽ uermẽ fœtentẽ peccatis: nutris omnibus optimis donis tuis. Api mihi o clauis Dauid, q apis, & nemo claudit illi cui tu aperis: claudis, & nemo aperit illi cui tu claudis. Aperi mihi oſtiũ luminis tui, ut igrediar, & uideã, & cognoſcã, & ꝯfitear ti

bi in toto corde meo: quia miſericor⸗
dia tua magna eſt ſuper me: & eruiſti
aīam meā ex inferno īferiori. Dn̄e De
us noſter, q̄ admirabile & laudabile ē
nomē tuū in uniuerſa terra. Et q̄d eſt
homo, q̄d memor es eius: aut fili' ho
minis, qm̄ uiſitas eū? Dn̄e ſpes ſancto
rum, & turris fortitudinis eorū, deus
uita animæ meæ, per quam uiuo, ſine
qua morior, lumen oculorum meorū
per quod uideo, ſine quo orbor: gau
dium cordis mei, & lætitia ſpiritus
mei, diligam te toto corde meo, & to⸗
to animo meo, & totis medullis, & ui⸗
ſceribus meis: quia tu prior dilexiſti
me. Et unde hoc mihi o creatòr cœli
& terræ, & abyſſi, qui bonorum meo⸗
rum nō indiges? Vnde hoc mihi, quia
dilexiſti me? O Sapientia quæ aperis
os mutorū: O Verbū, per quod facta
ſunt omnia: aperi os meū: da mihi uo
cem laudis, ut enarrem omnia benefi⸗
cia tua, quæ mihi domine a principio
cōtuliſti. Ecce enim ſum, quia tu crea
ſti me: & q̄d me creares, & in numero
creaturarū numerares, ab æterno tu

præordinaſti, anteq̃ quicquam faceres à principio: antquã extẽderes cœlos: necdum erant abyſſi: adhuc terrã non feceras: necdum montes fundaueras: necdũ fontes eruperãt: anteq̃ hec oĩa, q̃ feciſti ꝑ Verbũ, faceres: me creaturã tuã fore, certiſſima ueritatis tuæ ꝓuidentia ꝓuidiſti: & eſſe me creaturã tuã uoluiſti. Et hoc unde mihi dñe benignissime, Deus altiſſime, Pater miſericordiſſime, creator potẽtiſſime, & ſemꝑ mitiſſime? quæ mea merita? q̃ mea gratia, ut cõplaceret ante conſpectum tuæ magnificæ maieſtatis creare me? Non eram, & creaſti me: nihil fueram, & de nihilo me aliquid feciſti. Quale autẽ aliquid? non ſtillam aquæ, nõ ignem, nõ auem, uel piſcem, non ſerpentem, uel aliquid ex brutis animalibus, non lapidem, uel lignum, non ex eorum genere, quæ tantũ habent eſſe, uel ex eorum, quæ tantũ eſſe poſſunt & creſcere: nõ ex eorum genere, que tantum eſſe, & creſcere, & ſentire poſſunt: ſed ſuꝑ omnia hæc uoluiſti me eſſe ex his quæ tantum habẽt eſſe: ga

ſum: & ex his quæ tantum habent eẽ & creſcere: q̃a ſum, & creſco: & ex his quæ ſunt, creſcunt, & ſentiunt: quia ſum, creſco, & ſentio. Et paulominus parem me creaſti angelis: quia rationem te cognoſcendi cum ipſis a te cõmunem accepi. Sed paulominus utique dixi, nam illi felicẽ tui notitiam iam habent per ſpeciem, ego autem per ſpem: illi facie ad faciem, ego per ſpeculum in ænigmate: illi plene, ego autem ex parte.

De dignitate hominis futura. C. VIII.

SEd cũ uenerit quod ꝑfectũ eſt, euacuabitur quod ex parte ẽ: quãdo iam reuelata facie, tuam faciẽ uidebimus. Quid iã ꝓhibebit nos nõ eẽ minores paulominus ab angelis, quos tu domine corona ſpei, quæ ornata eſt gloria & honore, coronaueris: quos tu nimis quaſi amicos tuos honorificaueris? imo per omnia pares & æquales angelis. Nempe & hoc Veritas tua dicit. Æquales ſunt angelis: & filij Dei ſunt. Quid mirũ, ſi filij Dei ſunt, ſi pares ſũt ãgelis? Vere q̃dẽ erũt filij

Dei; qa filius hoīs factus ē filius Dei? Hoc utiq; ꝯſiderāti mihi fiducia ē dicere: nō hō minor paulominus eſt ab angelis: nō utiq; tm̄ æqualis angelis, ſed ſuꝑior angelis: qa hō Deus, & deus hō, nō angelus. Et dicā, ꝓpter hoc hoiem eē creaturā digniſſimā: qa Verbū qđ erat ī principio Deus apud Deum: Verbū, ꝑ qđ Deus dixit: Fiat lux & facta eſt lux: angelica ſcilicet natura: Verbum, ꝑ qđ Deus creauit oia in principio: idē Verbū caro factū eſt: & habitauit in nobis: & uidimus gloriā eius. Ecce gloria ꝑ quā glorior, quando ſane glorior: ecce gaudiū per qđ gaudeo, quādo ſane; gaudeo. Domine Deus meus, uita & tota gloria animæ meæ, cōfiteor ergo tibi domine Deus meus, cum me creaſti rationis capacē angelis quodammodo parem creaſti; quia perfici poſſum ꝑ Verbum tuum ut ueniam ad æqualitatē angelorū: ut habeam adoptionem filioꝝ per unigenitum Verbū tuū domine, ꝑ Filiū tuū dilectū, in quo tibi bene complacuit: per unicum cohæredē & conſubſtan

tialē ibi & coæternū Ieſum Xp̄m, uni-
cum dn̄m & redēptorē nr̄m, illumina-
torē & ꝯſolatorem nr̄m, aduocatū no-
ſtrum apud te, & lumē oculorum no-
ſtrorū: qui eſt uita noſtra, & ſaluator
noſter, & ſpes unica noſtra: qui nos di-
lexit magis q̃ ſe, per quem habemus
fiduciā repoſitam, & firmam apud te
ſpem, & acceſſum ueniendi ad te: qui
dedit poteſtatem filios Dei fieri his q
credunt in nomine eius. Laudem tri-
buam nomini tuo domine, qui me ad
imaginem & ſimilitudinem tuā creā-
do, tantæ gloriæ feciſti me fore ſuſce-
ptibilē, ut poſſim filius Dei fieri. Hoc
utiq; non poſſunt arbores, nō poſſunt
lapides, non generaliter omnia quæ
mouentur uel creſcunt in aere uel in
mari, uel in terra: quia non dedit eis
poteſtatem filios Dei fieri: quia ratio-
nem nō habent. Nam hæc poteſtas in
ratione conſiſtit, per quam cognoſci-
mus Deum. Dedit autē hanc poteſta-
tem hominibus, quos creauit rationa-
biles ad imaginē & ſimilitudinē ſuā.
Et ego utiq; domine per tuam gratiā

homo ſum: & filius tuus eſſe poſſum per gratiã: qđ illa nõ poſſunt. Vnde hoc mihi dñe, Veritas ſumma, ueraq; ſummitas, & principiũ oĩum creaturarũ? Vnde hoc mihi dñe, ut poſſim fieri filius Dei, quod illa nõ poſſunt? Tu qui manes in æternũ, qui oĩa creaſti ſimul: ſimul creaſti hoĩes & iumenta, lapides & uirentia terræ. nõ enĩ pceſſerunt merita: nulla eoꝝ ĩterceſſit gratia quia oĩa tua tantũ bonitate creaſti: pares omnes creaturæ fuere in meritis: quia omnium nulla fuere merita. Et unde ergo magis tua bonitas in hac creatura, quam feciſti rationalẽ, quã in omnibus alijs quæ ſunt ſine rationæ, apparuit? Quare nõ ego ſicut oẽs illæ: aut cur nõ omnes illæ ſicut ego: aut ego ſolus ſicut illæ? quæ mea merita, quæ mea gratia: ut me filiũ Dei poſſe fieri creares: quod illis omnibus denegares? Abſit domine ut hoc ſentiam. Tua gratia, tua tantum bonitas hoc fecit, ut eſſem particeps dulcedinis eius. Illa igitur gratia qua me de ihilo creaſti, illam quæſo domine da

mihi grām, ut ibi ď hoc referā grām

De omnipotentia Dei.

Cap. ix.

OMnipo :s manus tua ſemp una & eadem creauit in cœlo angelos, & in terra uermiculos: non ſupe rior in illis, non inferior in iſtis. Sicut enim nulla alia māus angelū, ita nul la poſſet creare uermiculum: ſicut nul la cœlum, ita nulla poſſet creare mini mū arboris foliū: ſicut nulla corpus, ita nulla ullū capillū albū poſſet face re aut nigrū: ſed omnipotens manus tua, cui omnia pari modo ſunt poſſibi lia. Nec enim poſſibilius eſt ei creare uermiculū, q̃ angelum: nec impoſſibilius extēdere cœlū, q̃ foliū: nec leuius formare capillū, q̃ corpus: nec diffici lius fundare terrā ſuper aquas, quam aquas ſup terrā: ſed oia quæcunq; uo luit fecit, ſicut uoluit in cœlo, & i terra, in mari, & in omnibus abyſſis: & me inter oia, ſicut uoluit, potuit, & ſci uit. Potuit quidē manus tua domine me lapidē, uel auē, uel ſerpētē, uel bel luam aliquā creař, & ſciuit, ſed noluit

ꝓpter ſuam bonitatem. Quare ergo ego nõ ſum lapis, uel arbor, uel aliq̃ belua? Quia ſic ordinauit bonitas tua & ut hoc ordinaret, non præceſſerunt merita mea.

De incomprehenſibili laude Dei. Cap. X.

VNde de hoc mihi dñe, unde mihi laudes ad laudandum te? Sicut feciſti me ſine me, ſicut complacuit ante te: ita laus tibi eſt ſine me, ſicut cõplacet ante te. Laus tua dñe tu ipſe es. Laudent te opa tua ſcd'm multitudinẽ magnitudinis tuæ. Laus tua dñe incõprehẽſibilis eſt. Corde nõ cõprehendit, ore nõ menſurat aure non ꝑcipit: q̃a iſta trãſeunt: & laus tua dñe manet ĩ æternũ. Cogitatio icipit, & cogitatio finit: uox ſõat, & uox trãſit: auris audit, & auditus deſinit: laus uero tua in æternũ ſtat. Quis ergo eſt qui te laudet? Quis homo annunciet laudẽ tuam? Laus tua ꝑpetua eſt, tranſitoria nõ eſt. Hic te laudat, q̃ te ipſum laudem tuam credit; hic te laudat, qui ſe ipſum noſcit in tuam laudẽ non poſſe

pertingeт̃. Laus tua perpetua eſt, quæ nunquam tranſit. In te eſt laus noſtra in te laudabitur anima mea. Non nos laudamus te ſed tu te, & per, te, & i te & nobis etiam ẽ laus in te. Tũc uerã habemus laudẽ, qñ a te hẽmus laudẽ qñ lux aprobat lucẽ: qa tu ꝓa laus trĩ buis ꝓa laudẽ. quoties aũt ab alio q̃ a te q̄rimus laudẽ, toties tuã amittimus laudem: quia illa trãſitoria eſt, ſed tua æterna. ſi tranſitoriã quærimus, æter- nam amittimus laudem; ſi æternam uolumus tranſitoriam non amemus. Laus æterna dñe Deus meus, a quo omnis laus: ſine quo nulla eſt laus: nõ ualeo laudare te ſine te. Habeam te, & laudabo te. Quis enim ego ſum domĩ ne per me, ut laudem te? Puluis & ci nis ego ſum: canis mortuus & fœtens ego ſum: ꝟmis & putredo ego ſum. Quis ego ſum, ut laudem te domine Deus fortiſſime ſpirituũ uniuerſæ car nis, qui inhabitas æternitatem? Nun- quid tenebræ laudabunt lucem, aut mors uitam? Tu lux, ego tenebræ: tu uita, ego mors. Nũquid uanitas uerita

tatem laudabit? Tu es ueritas, ego homo ſimilis factus uãitati. Quid ergo dñe, laudabo te? Nũquid miſeria mea laudabit te? Nũquid fœtor laudabit odorẽ? Nunqd mortalitas hõis, quæ hodie ẽ & cras tollit, laudabit te? Nunqd laudabit te hõ putredo, & filius hoĩs uermis? Nunqd laudabit te dñe, qui in peccatis conceptus eſt, & natus, & nutritus? Non eſt enim ſpecioſa laus in ore peccatoris. Laudet te domine Deus meus incomprehenſibilis potẽtia tua, incircunſcriptibilis ſapientia tua & ineffabilis bonitas tua: laudet te ſupereminens clementia tua, ſuperabundãs miſericordia tua, ſempiterna quoq; ṽtus & diuinitas tua: laudet te omnipotentiſſima fortitudo tua, ſumma quoq; benignitas tua, & charitas tua propter quam creaſti nos domine Deus, uita animæ meæ.

De ſpe eriegnda ad Deum. Cap. 11.

EGo autem creatura tua ſub umbra alarum tuarum ſperabo in bonitate tua qua creaſti me. Adiuua

creaturã tuã, quã creauit benignitas tua nõ pereat in malitia mea qđ opa‑ta eſt bonitas tua: nõ pereat in miſeria mea, quod fecit ſumma clemẽtia tua. Quæ eſt enim utilitas in creatiõe tua ſi deſcendã in corruptionẽ meam? Nũquid eni uane ꝯſtituiſti oẽs filios hominũ? Creaſti me domine: rege quod creaſti. Opera manuũ tuarũ ne deſpicias Deus. Me feciſti de nihilo: ſi me nõ regis domine, iterum reuertar ad nihilũ. Sicut enim domine non eram, & de nihilo feciſti me: ſic, ſi me nõ regis, adhuc ad nihilum redigar in me. Adiuua me domine uita mea, ne peream in malitia mea. Si non creaſſes me domine, nõ eſſem: quia creaſti me iam ſum, ſi non regis, iam non ſum. Non enim mea merita, non mea gratia te coegerunt ut creares me, ſed benigniſſima bonitas tua & clementia tua. Illa charitas tua dñe Deus meus, quæ te ad creationẽ coegit, ipſa quæſo modo cogat te ad regendũ. Quid enĩ ꝓdeſt qđ te cõpulit charitas tua ad creandũ, ſi peream in miſeria mea, &

nō me regat dextera tua? Hæc te cogat domine deus meus clemētia ad ſaluādum quod creatum ē, quæ te compulit creare quod creatum nō eſt. Ipſa te uincat charitas ad ſaluandum, quæ te uicit ad creandum: quia nec nunc minor eſt: quia ipſa charitas tu ipſe es, q ſemper idem es. Nō eſt abbreuiata manus tua, ut ſaluare nequeat: neque aggrauata eſt auris tua, ut nō audiat: ſed peccata mea diuiſerunt inter me & te, inter tenebras & lucem, iter imaginē mortis & uitam, inter uanitatē & ueritatem, inter lunaticam hanc uitā mēā & ſempiternam tuam.

De laqueis concupiſcentiarum. Cap. XII.

HAe ſunt umbræ qbus operior in hac abyſſo caligioſa carceris huius, i q̄ pſtratus iaceo, donec aſpiret dies, & iclinent ūbræ, fiatq; lux i firmamēto uirtutis tuæ. Vox dñi i uirtute, uox dñi i magnificētia: dicatq; fiat lux & effugent tenebre, & appeat arida: germietq; terra herbā uirētē, & faciētē ſemē & frcū bōū iuſtitie regni tu. do

mine Pater & deus, uita per quã oĩa
uiuũt & ſine qua oĩa mortua cõputã
tur: ne derelinquas me ĩ cogitatu ma
ligno: & extollentiã oculoꝝ meoꝝ ne
dederis mihi. Aufer a me ꝯcupiſcen
tias: & aĩo irreuerenti & infrunito ne
trades me: ſed poſſide cor meũ, ut te
cogitet ſemper. Illumĩa oculos meos
ut te uideãt, & nõ extollãt ante te, glo
ria ſempiterna: ſed humiliter ſentiant
& nõ in mirabilibus ſup ſe: & quæ a
dextris ſunt uideant, & nõ quæ a ſini
ſtris abs te: & palpebræ tuæ præcedãt
greſſus meos. Nã & palpebræ tuæ iter
rogant filios hoĩum. Allide ꝯcupiſcẽ
tiã meã dulcedine tua, quã abſcõdiſti
timentibus te: ut cõcupiſcã te cõcupi
ſcentijs ſempiternis: ne uanis illectus
& deceptus ĩterior guſtus ponat ama
rum dulce, & dulce amarum, tenebras
lucem, & lucem tenebras: ut liberari
in medio tot decipulaꝝ poſſim, ab ini
mico ſuper faciem uiæ huius poſitaꝝ
ad capiẽdas animas peccatorum, qui
bus plenus eſt totus mũdus. quod is
qui uidit, ſub ſilẽtio non tranſiuit, in
quiens

quiens. Quicqd eſt in mūdo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut cōcupiſcē‑tia oculorū, aut ſupbia uitæ. Ecce domine Deus meus, mūdus totus ple‑nus eſt ꝯcupiſcētiaꝝ laqis, quos parauerūt pedibus meis. Et quis effugiet hos laqos? Profecto a quo tu abſtuleris extollentiā oculoꝝ ſuoꝝ ut nō eū capiat ꝯcupiſcentia oculoꝝ: & a quo tu abſtuleris carnis ꝯcupiſcētiā, ne eū capiat carnis ꝯcupiſcētia: & a quo tu abſtuleris animum irreuerētem & infrunitū, ne eū callide decipiat ſuper‑bia uitæ. O q̄ felix, cui hoc tu facies: qppe tranſibit imunis. Nūc redēptor te precor per te, adiuua me, ne corruā in cōſpectu aduerſariorum meorum captus laqueis eoꝝ, quos parauerunt pedibus meis, ut incuruent animam meā. Sed erue me uirtus ſalutis meæ ne ſibi riſum exhibeāt de me inimici tui, qui oderunt te. Exurge domine Deus meus, fortis meus: & diſſipētur inimici tui: & fugiāt qui oderunt te, a facie tua. ſicut fluit cæra a facie ignis ſic pereant peccatores a facie tua. Et

ego abſcõdar in abſcõdito faciei tuæ: ut gaudeã cũ filijs tuis ſatiatus oĩbus bonis tuis. Et tu domine Deus pater orphanoꝝ, & tu mater pupilloꝝ tuoꝝ audi eiulatũ filioꝝ tuorum: & extẽde alas tuas: ut fugiamus ſub eis a facie inimici, turris fortitudinis Iſrael, qui non dormitas neque dormies cuſtodiens Iſrael: quia non dormit neque dormitat hoſtis, qui impugnat Iſrael.

De miſeria hominis, & beneficijs Dei. cap. xiij.

O Lux, quam non uidet alia lux: lumen, quod nõ uidet aliud lumen: lux, quæ obtenebrat omnem lucem: & lumẽ, quod excæcat omne extraneũ lumẽ: lux, a qua omnis lux: lumen, a quo omne lumen: lumen, ad quod oẽ lumen eſt tenebræ: ad quod omnis lux obſcuritas: lux cui omnes tenebræ lumen: cui omnis obſcuritas lux: lux ſupma, quam cæcitas nõ obnubilat, quam caligo nõ hebetat, quã tenebræ non obſcurant, quã nulla obſtantia claudit, quã nunquam ſeparat aliqua umbra: lux, quæ illuminat oĩa:

tota ſimul ſemel & ſemp:abſorbe me in claritatis abyſſũ:ut uideã undiq; te in te,& me in te,& cũcta ſub te.Ne de reliquas me,ne accreſcant ũbra igno rãtiæ meæ,& multiplicẽt delicta mea. Sine te enĩ oĩa ſunt mihi tenebræ, oĩa mala:quia nihil bonũ ſine te,uero ſo lo & ſũmo bono.Hoc ꝯfiteor,hoc ſcio dñe Deus meus : quia ubicunq; ſum ſine te,male eſt mihi præter te,nõ ſo lum extra me,ſed ẽt in me :qa omnis copia quæ nõ eſt Deus meus,mihi eſt egeſtas. Satiabor tũc, cum apparuerit gloria tua. Et tu dñe, uita mea beata, fac ut miſeriã meam cõfitear tibi. Ex quo ab unitate bonitatis tuæ,ſummo &uno bono ,tẽporaliũ rerum multi formitas lapſum me ꝑ carnales ſẽſus diſſipauit ,& ab uno in multa diuiſit: facta ẽ mihi abundantia laborioſa ,& egeſtas copioſa:dũ aliud & aliud ſeqⁿ bar,& a nullo ip lebar : dum nõ in me inueniebã te,incõmutabile & ſingu lare & indiuiſum unũ bonum: quod cõſecutus,nõ egeo:qđ cõſecutus,nõ doleo:quod poſſidẽs, ſatiatur totum

deſiderium meū. Heu miſeria ſup mi ſeriā: cū miſera anima mea a te refu git, cū quo ſemp abundat & gaudet: & ſeqtur mūdū: cū quo ſemp eget & dolet. Mūdus clamat: deficio: tu domi ne clamas: reficio: & miſeria mea pra ua magis ſeqtur deficientē, q̄ reficien tē. Plane īfirmitas mea hæc eſt. Medi ce ſpirituū ſana illā ut ꝯfitear tibi, ſa lus animæ meæ toto corde meo, ſup omnibus beneficijs tuis, q̄bus paſcis me a iuuētute mea, & uſq; in ſenectā & ſeniū. Te deprecor per te ipſum, ne derelinquas me. Feciſti me, cum non eſſem: redemiſti me, cum periſſem: pe rieram, mortuus fueram: ad mortuū deſcēdiſti: mortalitatem ſuſcepiſti: ad ſeruum rex deſcendiſti: ut ſeruum re dimeres, teipſum tradidiſti: ut ego ui uerem, tu mortem ſuſcepiſti: mortē uiciſti: me reſtauraſti, cum te humilia ſti: perieram, abieram in peccatis, ue nundatus eram: ueniſti pro me, ut re dimeres me: & tātum me dilexiſti, ut ſanguiem tuū in precium dare s pro me: dilexiſti me domine pluſq̄ te: ga

mori uoluiſti ꝓ me. Tali pacto, tam charo precio reduxiſti me de ſeruitio retraxiſti me de ſupplicio: uocaſti me nomine tuo: ſignaſti me ſāguine tuo. Vt memoriale tuū ſemper eſſet apud me: & nunquā recederet a corde meo qui pro me non receſſit a cruce. Vnxiſti me oleo tuo quo tu unctus fuiſti: ut a te CHRISTO dicerer. chriſtiāus & ī manibus tuis deſcripſiſti me, ut ſemꝑ ſit memoria mei apud te: ſi tñ memoria tui iugiter fuerit apud me. Sic igiť gratia tua ſemꝑ & miſericordia præuenerunt me. De multis namque & magnis periculis ſæpe liberaſti me liberator meus; quando erraui ad uiam reduxiſti me: qñ ignoraui, docuiſti me: qñ peccaui, corripuiſti me: qñ fui triſtis, ꝯſolatus es me: qñ deſperaui, ꝯfortaſti me: qñ cecidi, erexiſti me: quādo ſteti tenuiſti me: quādo iui, deduxiſti me: quando ueni, ſuſcepiſti me: qñ clamaui: exaudiſti me.

Quod Deus aſſidue conſiderat operat & intētiones hominum. Cap. xiiii.

HAec enim & multa alia beneficia feciſti mihi domine Deus meus, uita animæ meæ: de q̄bus dulce eſſet mihi ſemp̄ loq̄, ſemp̄ cogitare, ſemp̄ tibi gratias agere: ut poſſim te ſemp̄ pro oībus bonis tuis laudare, & amare te toto corde meo, & tota aīa mea, & tota fortitudine mea, & tota mēte mea ſimul ex omnibus medullis & intimis cordis mei, & oium compagum meaꝝ, beata dulcedo dn̄e Deus meus oīum'q̄ delectātur in te. Sed imp̄fectū meū uiderūt oculi tui. oculi, inquā, tui multo lucidiores ſunt ſole, circunſpicientes omnes uias hominum & profundum abyſſi: & in omni loco contēplantur ſemper bonos & malos. Cū enim cunctis præſideas, ſingula implens, totus ſemper ubique præſens, cunctorumq́ curam agens quæ creaſti: quia nihil odiſti eorum quæ feciſti: ſic greſſus meos ſemitaſq́ cōſideras, & die noctuq́ ſuper cuſtodiam meā uigilas, omnes ſemitas meas diligēter notās ſpeculator p̄petuus: ueluti ſi totius creaturæ tuæ cœli & ter-

tæ oblitus, tantũ me ſolũ ꝯſideres, & nihil ſit tibi curæ de alijs. Neq; enim tibi creſcit lux icõmutabilis uiſionis tuæ, ſi tãtũ unũ aſpiciat: neq̃ minuit, ſi inumera uideat & di*ſa. q̃a ſicut unũ totũ ſimul ꝑfecte ꝯſideras, ſic ſingula quælibet licet diuerſa ꝑfecte ſimul totaq̃ totus ꝯſpicit uiſus tuus ſed ſic oĩa ſicut unum, & ſicut unum ſic ſingula totus ſimul ſine diuiſiõe uel commutatione uel diminutione conſideras. Itaq; totus tu in toto tẽpore ſine tempore totum me ſimul ſemperq; conſideras, ac ſi nihil aliud conſiderare habeas. ſic igitur ſuper cuſtodiam meam ſtas, ſicut ſi omnium oblitus ſis, & mihi ſoli intendere uelis. ſemper q̃ppe te præſentem exhibes, ſemper te paratum offers, ſi me paratum inuenis quocunq; iero, tu me domine non deſeris, niſi prior ego te deſeram. ubicunque fuero, non recedis, quoniam ubiq; es: ut quocũque iero, inueniam te, per quem poſſim eſſe, ne peream ſine te, cum ſine te eſſe non poſſim. Fateor quidem, q̃a quicquid

facio, & quæcũq; facio, ante te facio: & quicqd eſt q̄ facio, melius tu uides, q̃ ego q facio. Quicqd enim ſemper opor, tu pariter ſemp̄ præſens aſſiſtis, utpote p̄petuus inſpector omniũ cogitationũ, intentionũ, delectationũ, & op̄ationũ mearũ. Domine ante te eſt ſemp̄ omne deſideriũ meũ, ante te tota cogitatio mea: tu domine uides unũ ueniat ſpiritus, ubi ſit, & quo uadat: q̄a tu es omniũ ſpirituũ p̄oderator. & utrũ radix ſit dulcis an amara, de qua foris pulchra folia emittũtur, tu iudex ĩternus melius ipſe noſti, & me dullas radicũ ſubtilius perſcrutaris: & nõ ſolum intentionem, ſed radicis eius medullam intimã diſcretiſſima tuæ lucis ueritate colligis, numeras intueris, & conſignas: ut reddas uni cuiq; non ſolummodo ſecundũ opera uel intentionem, ſed etiam ſecundum ipſam interiorem abſconditam medullam radicis, de qua procedit intentio operantis. Ad quid tendo cum operor, quicqd cogito, & in quocũq; delector. tu uides, aures tuæ audiunt

oculi tui uidēt & ꝯſiderāt: ſignas, attē
dis, notas, & ſcribis in libro tuo, ſiue
bonū fuerit, ſiue, malū: ut reddas po-
ſtea pro bono præmia, & ꝓ malo ſup
plica, qñ apientur libri, & iudicabun
tur ſecūdū hæc quæ fuerūt ſcripta i li
bris tuis. Hoc eſt forte quod i ādixiſti
nobis. Cōſiderabo nouiſſima eoꝝ. Et
quod de te domine dicitur: Vniuerſo
rū finē ipſe ꝯ ſiderat: Quoniā tu qdē
in omnibus quæ agimus, finem intē-
tionis magis q̄ actum operationis at-
tendis. Cumq; hoc diligēter ꝯſidero
dñe Deus meus, terribilis & fortis: ti
more pariter & ingēti rubore confun-
dor: quoniā nobis magna īdicta ē ne
ceſſitas iuſte recteq; uiuēdi, q cūcta fa
cimꝰ añ oculos iudicis cūcta cernētis

Quod homo ꝑ ſe nihil pōt ſine diuina gratia. cap. XV

FOrtiſſime, magnipotēs Deus ſpi-
rituū uniuerſæ carnis, cuius ocu-
li ſunt ſuper omnes uias filiorū Adā,
a die natiuitatis eorū uſq; in diē exi
tus eorum, ut reddas unicuiq; ſecun
dum opera ſua bona uel mala: oſtēde

mihi, ut cõfitear tibi paupertatẽ meã: quoniã dixi ꝙ diues eſſem, & nullius egerem: & neſciebã quoniam pauper erã, cæcus, nudus, miſer, & miſerabilis. Credebã enim me fore aliquid, cũ nihil eſſem. Dixi: ſapiẽs efficiar: & ſtultus factus ſum. Cogitabã me eẽ prudentẽ, & deceptus ſum: & uideo nũc, qa donũ tuũ eſt, ſine quo nihil poſſumus facere: qa niſi tu dñe cuſtodieris ciuitatẽ, fruſtra uigilat q̃ cuſtodit eã. Sic docuiſti me, ut cognoſcerẽ me. qa dereliq̃ſti me, & ꝓbaſti me, nõ ꝓpter te, ꝙ cognoſceres me, ſed propter me ut cognoſcerẽ te. Nã ut dixi domine, credebã me aliq̃d fore ex me: exiſtimabã me ſufficere ꝑ me: nec percipiebã quoniã tu regebas me: donec aliquantulũ te elõgaſti a me: & cecidi ſtatim in me: & uidi, & cognoui qm̃ tu regebas me: & ꝙ cecidi, fuit ex me: & ꝙ ſurrexi, fuit ex te. Appuiſti mihi oculos lux: & excitaſti & illumiaſti me: & uidi qm̃ tẽtatio ẽ uita hoĩs ſup terrã: & ꝙ gloriari nõ ualeat ante te oĩs caro: nec iuſtificat̃ oĩs uiuens: quoniam ſiquid

boni eſt, parui uel magni, donum tuũ eſt: & noſtrum nõ niſi malum eſt. Vnde igit̃ gloriabit̃ oĩs caro? Nunqd de malo? hæc non eſt gloria, ſed miſeria. Sed nunqd gloriabit̃ de bono? nunqd de alieno? Tuum dñe eſt bonũ, tua eſt gloria. qui enim de bono tuo gloriã ſibi quærit, & nõ tibi querit: hic fur ẽ & latro, & ſimilis ẽ diabolo, q uoluit furarí gloriã tuã. qui eni laudari uult de tuo dono, & non quærit in illo gloriã tuã, ſed ſuã: hic, licet ꝓpter tuũ donũ laudetur ab hominibus: a te tamẽ, uituperatur: quia de dono tuo nõ tuã ſed ſuã gloriã quæſiuit. quí aũt ab hominibus laudatur uituperante te, nõ defẽdetur ab hoĩbus iudicãte te, nec liberabitur condẽnante te. At tu domine, formator meus ex utero matris meæ, nõ me ſinas cadere in illã exprobrationẽ: ut exprobretur mihi, furari uoluiſſe gloriã tuã. Tibi enim ſit gloria, cuius ẽ oẽ bonũ: nobis autẽ cõfuſio faciei & miſeria, quorũ eſt omne malũ, niſi tu uolueris miſereri. Miſereris quippe domine, miſereris omniũ

& nihil odiſti eorũ quæ feciſti; & das nobis đ bõis tuis; & ditas nos domi ne Deus inopes optimis donis tuis: quoniã diligis pauperes & diuites facis eosd iuitijs tuis. Ecce nunc domi ne paupes filii tui ſumus, & puſillus grex tuus: aperi nobis ianuas tuas: & edent pauperes & ſaturabũtur, & lau dabũt te q̃ regrunt te. Scio ẽt domine & ꝯfiteor docẽte te, quoniã illi ſoli q̃ cognoſcunt ſe pauperes: & ꝯfitentur tibi pauptatẽ ſuã: ditabũtur a te: quo niã q̃ ſe diuites exiſtimãt, cũ ſint paup es a tuis diuitijs iueniẽt excluſi. Ego igitur confiteor tibi dñe Deus meus paupertatem meam: & ſit tibi tua glo ria tota: quoniam tuum eſt omne bo num per me geſtum. Domine confi teor ut docuiſti me: nihil aliud ſum quã uniuerſa uanitas, & umbra mor tis, & abyſſus quædam tenebroſa, & terra inanis & uacua, quæ ſine tua be nedictiõe nihil germinat: fructũ quo q̃ nõ facit, niſi ꝯfuſionẽ, peccatum, & mortem. Si quid boni unquam ha bui; a te recepi: quicquid boni habeo

tuū eſt,uel a te habeo. Siquādo ſteti, ꝑ te ſteti:ſed qn̄ cecidi,ꝑ me cecidi:& ſemꝑ in luto iacuiſſē,niſi tu me erexiſſes:ſemꝑ cæcus fuiſſē,niſi tu me illuminaſſes. Q n̄ cecidi,nunq̄ ſurrexiſſē, niſi tu mihi manū porrexiſſes: poſt q̄ me etiā erexiſti ſemꝑ cecidiſſē,niſi tu me ſuſtinuiſſes: ſæpius ꝑiſſē, niſi me gubernaſſes. Sic ſemper domine, ſic ſemper gratia tua & miſericordia tua præuenit me, liberans me ab omnibus malis,ſaluans a præteritis,& ſuſcitās a præſentibus, & muniēs a futuris, præcidēs etiā ante me laqueos peccatorū,tollens occaſiones & cauſas: quia niſi tu hoc mihi feciſſes,ego omnia peccata mundi feciſſem. Quoniam ſcio domine, quod nullum peccatū eſt,quod unq̄ fecerit homo, qđ nō poſſit facere alter homo,ſi creator dſit,a quo factus eſt homo. Sed ꝙ nō facerem, tu feciſti: ꝙ abſtinerem, tu iuſſiſti: & qđ tibi crederē,gratiam tu infudiſti. Tu nanqȝ domine regebas me tibi,ſeruabas me tibi: & mihi ut adulterium,& omne aliud peccatum

nō cōmittere, gratiā & lumē donaſti.

De diaboli tentationibus. cap. xvi.

Tentator defuit: & ut deeſſet, tu feciſti: locus, & tēpus defuit: & ut hæc deeſſent, tu feciſti. Affuit tētator, non defuit locus, non defuit tempus ſed ut non cōſentirem, tu me tenuiſti. Venit tētator tenebroſus, ut eſt: & ut eum deſpicerem, tu me cōfortaſti. Venit tētator armatus & fortis: & ut me non uinceret, tu eum refrenaſti, & me roboraſti. Venit tentator tranſfiguratus in angelum lucis: & ut me nō deciperet, tu eum increpaſti: & ut eum cognoſcerē tu me illuminaſti. Ipſe.n. ē draco ille magnus & rufus, ſerpēs antiquus, uocatus diabolus & ſathanas, habēs capita ſeptē, & cornua dcē, quē creaſti ad illudendum huic mari magno & ſpatioſo, in quo reptāt animalia quorum nō eſt numerus: & animalia puſilla & magna, ideſt, diuerſa dæmoniorū genera: q nihil aliud die noctuqꝫ operātur, niſi quia circūeunt quærētes quē deuorēt, niſi tu eripias.

Ipſe enim eſt antiquus ille draco, qui ortus eſt in paradiſo uoluptatis: q cauda ſua trahit tertiam partem ſtellarũ cœli, & eas mittit in terram: qui ueneno ſuo corrumpit aquas terræ, ut bibentes homines moriantur: & q ſternit ſibi aurum quaſi lutum & habet fiduciam ꝙ influat Iordanis in os ſuũ: q factus eſt, ut nullũ timeat. Et qs defẽdet a morſibꝰ eius? qs eruet ab ore eius, niſi tu domine, q ꝯfregiſti capita dracõis magni? Prætẽde domine ſuꝑ nos alas tuas, ut fugiamus ſub eis a facie dracõis huius qui nos perſequitur: & ſcuto tuo libera nos a cornibus eius. Hoc enim eſt ꝯtinuũ ſtudiũ eius hoc unicum deſiderium eius: ut animas, quas creaſti, deuoret. Et ideo Deus meus ad te clamãus: libera nos ab aduerſario nr̃o quotidiano: q ſiue dormiamus, ſiue uigilemus, ſiue comedamus, ſiue bibamus, ſiue ꝙcũqꝫ opus oꝑemur: oĩbus modis iſtat die ac nocte, fraudibus & artibus, nũc palã, nũc occulte, ſagittas uenẽatas ꝯtra nos dirigẽs, ut iterficiat aĩas nr̃as: & ta

men domine peſſima inſania noſtra: quia cum ꝯtinue uideamus ꝯtra nos draconẽ ore apto paratũ ad deuorandũ nihilominus dormimus & laſciuimus in pigritijs noſtris, tanq̃ ſecuri ante eũ, qui nihil aliud deſiderat q̃ ut nos ꝑdat. Inimicus ut occidat, ſemꝑ uigilat ſine ſomno: & nos ut cuſtodiamus nos, nolumus euigilare a ſomno. Ecce tetendit ante pedes noſtros laqueos infinitos: & oẽs uias noſtras uarijs repleuit decipulis ad capiẽdas animas noſtras. Et q̃s effugiet? Laq̃os poſuit in diuitijs, laq̃os poſuit in pauꝑtate: laq̃os tetẽdit i cibo, i potu, i uoluptare, i ſõno, i uigilia: laq̃os poſuit i ꝟbo, i opeř, & in oĩ uia nr̃a. Sed tu dñe libera nos de laqueo uenantiũ, & a uerbo aſpero ut confiteamur tibi dicentes. Benedictus dominus, q non dedit nos in captionem dẽtibus eoꝝ. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo uenantium: laqueus cõtritus eſt, & nos liberati ſumus.

Quod Deus eſt lux iuſtorum. cap. xvij

ET tu quidem domine lux mea, il-lumina oculos meos, ut uideam lumen, & ambulem in lumine tuo & nõ impinguar in laquos eius. Quis eni euadet laqueos iſtos multos niſi uideat eos? Et quis uidebit eos niſi quẽ illuminaueris lumine tuo? Ipſe eni pater tenebraꝝ laqueos ſuos abſcõdit: in tenebris ſuis ut capiãt i eis oẽs q ſũt i tenebris ſuis; q ſunt filij tenebraꝝ harũ nõ uidentes lumẽ tuũ: in quo qui ambulat nõ timebit. Qui enim ambulat in die nõ offendit; qui aũt in nocte ambulat offendit qa lux nõ eſt in eo. Tu lux dñe tu lux filiorũ lucis: tu dies qui neſcis occaſum: in qua ambulant filij tui ſine offenſione: & ſine qua oẽs qui ambulant in tenebris ſunt: quia te lucem mundi non habent. Ecce quotidie cernimus quia quo magis a te uero lumine quis elõgatur eo magis peccatorũ inuoluitur tenebris: & quo magis eſt in tenebris eo minus uidet laqueos in uia ſua & ideo minus cognoſcit: & iccirco ſæpius capit & cadit i eis: & qđ ẽ horribilius ẽt ſe ceci

diſſe ignorat. q uero ſuũ caſum ignoꝛ rat, eo minus curat ſurgere, qa ſe exiſtimat adhuc ſtare. Tu uero lux mẽtis dñe Deus meus, nũc illumina oculos meos, ut uideã & cognoſcã, ne corruam in ꝯſpectu aduerſarioꝝ meoꝝ. Eteꝛ nim in exterminiũ noſtrũ laborat iniꝛ micus nř: quẽ petimus ut facias lique fieri a facie nřa, ſicut cæra liqſcit a faꝛ cie ignis. Quoniã domie ipſe ẽ latro primus & ultimus, qui ꝯſiliũ fecit ut raperet gloriam tuam: quando infla tus & elatus crepuit, & cecidit ĩ foueã ſuam: & deieciſti eũ de monte ſancto tuo, de medio lapidum ignitorum, in quorum medio ambulauit. Et nũc uita mea domine Deus meus ex quo cecidit, non ceſſat perſequi filios tuos: & in odium tui, o rex magne, cupit perdere hanc creaturam tuã, quã creauit oñs bõitas tua ad imaginẽ ſuã, ut poſſideat gloriam tuam, quã ipſe ꝑdidit per ſuperbiam ſuam. Sed contere eũ fortis noſter antequam nos agnos tuos deuoret: & illumina nos, ut uideamus laqueos, quos ipſe parauit,

& euadamus ad te, o lætitia Iſrael. Et hæc oĩa tu dñe melius noſti: qui noſti cõtentionẽ eius, & ceruicẽ eius duriſſimam. Nec hoc dico, ut oſtẽdam tibi: quia omnia uides, & nulla te latet cogitatio: ſed ante pedes tuæ maieſtatis: de inimico meo querimoniã facio iudex æterne, ut & ipſum dãnes, & nos filios tuos ſalues, quorũ fortitudo tu es. Verſutus eſt enim domine iſte hoſtis & tortuoſus: nec facile deprehendi poſſunt circuitus uiæ eius, nec cognoſci ſpecies uultus eius, niſi tu illumines. Nã nũc hic, nũc illic, nunc agnũ nũc lupũ nũc tenebras, nunc lucẽ ſe oſtẽdit: & ſingulis qbuſlibet q̃litatibus locis, & temporibus, ſecundũ uarias rerũ mutationes, uarias exhibet tentationes. Nam ut triſtes decipiat, triſtat & ipſe: ut gaudentes illudat, fingit ſe & ipſe gaudere: ut ſpirituales d̃fraudet ĩ angelũ lucis ſe trãſfigurat: ut fortes ꝓprimat, appet agn': ut mites d̃uoret appet lupus. Hæc qdẽ oĩa ſcd'm ſiĩtudinẽ uariarũ tẽtatiõũ effici h3: ſicut alios a timore nocturno, alios a ſagitta uo

ſante in die alios a negocio pambulãte in tenebris alios ab incurſu alios a demonio meridiano. Et ad hæc qs idoneus ut cognoſcat? & aſtutias eius quis cognouit? Quis reuelabit ſpeciē indumēti eius? & gyrū dētiū eius qs agnoſcet? En abſcōdit ſagittas ſuas in pharetra: & laqos ſuos abſcōdit ſub ſpecie lucis: & hoc difficilius ppēdit niſi a te dñe ſpes noſtra lumē aſſumamus ut uideamus oia. Nā nō ſolū in carnis operibus quæ faciliter cognoſcũtur: nō tantū in ipſis uitijs ſed in ipſis ſpiritualibus exercitijs quoq; laqos abſcōdit ſubtiles: & ſub uirtutū colorī ipſa uitia iduit & trāſmutat ſe ī angelū lucis. Hæc & multa alia nititur contra nos ipſe filius Belial ipſe ſathā domine Deus noſter: & nunc ut leo nunc ut draco manifeſte & occulte intus & extra die ac nocte inſidiatur ut rapiat animas nr̄as. Et tu eripe nos dñe q ſaluas ſpantes in te: ut ipſe de nobis doleat & tu lauderis i nobis dñe de' nr̄.

De beneficijs Dei.

Cap. XVIII.

EGo aũt filius ancillæ tuæ, q̃ me cõ mẽdauit manui tuæ, iam his meis paupculis ꝯfeſſiõibus ꝯfitear tibi libe rator meus toto corde meo: & recolã ad mẽtẽ meã oĩa bona quæ feciſti mi hi a iuuẽtute mea in oĩ uita mea. Scio nãq; ꝙ ingratitudo multũ tibi diſpli ceat, quæ ẽ radix totius mali ſpiritua lis, & uẽtus quidã deſiccans & urens oẽ bonũ, obſtruens fontẽ diuinæ mi ſericordiæ tuæ ſup hoĩem: qua & ma la mortua iam oriuntur, & uiua iam opera moriũtur, & ultra nõ adipiſcun tur. Et ego domine grãs tibi agã, ne ſim ingratus tibi liberator meus, quo niam liberaſti me. Quoties iã me ab ſorbuerat ille draco, & tu domine ab ore eius extraxiſti me? Quoties ego peccaui, & ipſe paratus fuit deglutire me: ſed tu domine Deus meus defen diſti me? Cum cõtra te inique agebã, cum tua mandata frangebam: ſtabat ipſe paratus ut me raperet ad infernũ ſed tu prohibebas. Ego te offendebã, & tu me defendebas. Ego te nõ time bã, & tu me cuſtodiebas. A te recede

bam, & inimico meo me exhibebã: tu ipſũ, ne me acciperet, deterrebas. Hæc mihi tu dñe Deus meus bñficia ꝑferebas, & ego miſer nõ, cognoſcebã. Sic n. me multoties a faucib' diaboli liberaſti, de ore leonis eripuiſti & ab inferno licet neſciẽtẽ me multis uicibus reduxiſti. Deſcẽdi enĩ uſq; ad portas inferni: & ne illuc intrarẽ, tu me tenuiſti. Appropinquabam uſq; ad portas mortis: & ne me ipſe acciperent, tu feciſti. De morte etiam corporis ſæpius eripuiſti me ſaluator meus, cũ graues morbi tenerẽt me, cũ eſſem in ꝑiculis multis, ꝑ mare, per terras, ab igne & gladio, & ab oĩ ꝑiculo liberans, ſemꝑ mihi aſtans, & miſericorditer ſaluãs. Sciebas tu quidẽ domine, quia ſi tunc mors me occupaſſet, infernus animã meã ſuſcepiſſet, & perpetuo dãnatus fuiſſem. Sed tua miſericordia, & tua gratia ꝑuenit me, eripiẽs me de morte corporis, & de morte aiæ dñe Deus meus. Hæc & multa alia mihi tua beneficia exhibuiſti: & ego eram cæcus, & nõ cognoui, donec illuminaſti me.

Nũc igit lux aiæ meæ, dñe deus meus uita mea p̃ quam uiuo: lumẽ oculoꝝ meoꝝ per qđ uideo: en illumiaſti me, & cognoſco te: q̃a uiuo per te: & gratias ago tibi, licet uiles, & exiles, & ĩpares bñficiis tuis: quales habet mea fragilitas, offero. q̃m tu es ſolus Deus meus, creator meus benignus: qui amas nr̃as aias: & nihil odiſti eoꝝ quæ feciſti. En ego primus iter peccatores quos ſaluaſti, ut exemplũ alijs tribuã benigniſſimæ pietatis tuæ: confitear tibi beneficia tua magna: quoniam eripuiſti me de inferno inferiori, ſemel, & ſecundo, & tertio, & centies, & millies: & ego ſemp̃ ad ĩfernũ tendebã: & tu me ſemp̃ reducebas: & cũ iuſte millies damnaſſes me, ſi uoluiſſes: noluiſti, q̃a amas animas, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam domine Deus meus, multæ miſericordiæ in omnibus uijs tuis. Nunc ergo uideo hæc domine Deus meus, & cognoſco per lumen tuum: & deficit anima mea in miſericordia tua magna quæ eſt ſuper me; quoniam eripuiſti

animam meā ex īferno īferiori, & me
ad uitā reduxiſti. Totus enī erā ī mor
te: totū me reſuſcitaſti. Tuum igiť ſit
totū id qđ uiuo: & totus totū me tibi
offero: totus ſpiritus, cor, totū corpus
tota uita mea uiuat tibi, uita mea dul-
cis: quoniā totū me liberaſti, ut totū
me poſſideres: totum me refeciſti, ut
totum me haberes. Diligam te igitur
domine uirtus mea, diligam te inef-
fabilis exultatio mea: & uiuat iam nō
mihi, ſed tibi tota uita mea: quæ perie
rat in miſeria mea; reſuſcitata eſt in
miſericordia tua: qui es Deus miſeri-
cors & miſerator, & multæ miſericor
diæ, in milia his q̄ diligūt nomē tuū.
Iccirco domine Deus meus, ſanctifica
tor meus, iuſſiſti lege tua, ut diligā te
toto corde meo, tota anima mea, tota
mente mea, tota fortitudine mea, &
totis uiribus meis, & etiā ex intimis
medullis cordis mei, omnibus horis
& momentis quibus fruor bonis mi-
ſericordiæ tuæ: quoniam ſemper peri
rem, niſi quia ſemper regis me: ſemp
morerer, niſi quia ſemper me uiuificas

eas: & oī momento me tibi obligas, dum oī momẽto mihi tua magna bñficia præſtas. Sicut ergo nulla hora eſt uel pũctus in oī uita mea, quo tuo bñficio non utor: ſic nullũ debet eſſe momẽtum, quo te nõ habeã ante oculos in mea memoria, & te nõ diligã ex oī fortitudine mea. Sed nec hoc ualeo, niſi tu dederis mihi, cuius eſt oẽ donum bonum, & omne datum optimum deſcendens a Patre luminum: apud quẽ non eſt tranſmutatio, nec uiciſſitudinis obumbratio. Non enim eſt uolentis neque currentis, ſed tuum miſerẽtis, ut diligamus te. Tuum eſt domine hoc donum, cuis eſt omne bonum. Iubes te diligi: da quod iubes, & iube quod uis.

De feruore charitatis.

Cap. XIX.

AMo te Deus meus, magiſq; ſemper amare cupio: quia tu es reuera, omni melle dulcior, omne lacte nutribilior, & omni luce clarior. Iccirco ſuper omne aurum, & argẽtum, & lapidẽ precioſum es mihi charior: Dũ

ſplicebat eni mihi qcqd agebā in ſe
culo,præ dulcedine tua,& decore do
mus tuæ q̄ dilexi. O ignis q ſemꝑ ar
des & nunquā extigueris: o amor q
ſemꝑ ferues, & nunq̄ tepeſcis: accēde
me. Accēdar, inq̄ totus a te, ut totus
diligā te ſolū. Minus eni te amat, qui
tecū aliqd amat, qd' nō ꝓpter te amat
Diligā te dn̄e, quoniam tu prior dile
xiſti me. Et unde mihi uerbum ut ex
plicem ſigna dilectionis tuæ, maxime
erga me propter innumera benefi-
cia tua qbus a principio educaſti me
poſt beneficiū nempe creationis, quā-
do in principio de nihilo ad imaginē
tuam creaſti me: honorificans & exal
tans me inter eas creaturas quas feci
ſti: & nobilitās lumie uultus tui, quo
ſignaſti ſupliminare cordis mei: quo
ab inſenſibilibus pariter & ſenſibili-
bus brutis diſcreuiſti me: & paulomi
nus ab angelis minuiſti. Parū & hoc
fuit ante ɔſpectū diuinitatis tuæ: qm̄
quotidiāis, & ſingularib' maximiſq;
donarijs tuorum beneficiorum me ſi-
ne intermiſſione nutriuiſti: & quaſi ſi-

lum tuũ paruulũ tenellum uberibus tuæ ꝯſolationis lactaſti & ꝯfortaſti me Vt enim tibi totus ſeruirem: oĩa quæcũq; feciſti, in meũ ſeruitiũ tradidiſti.

Quod deus ſubiecit omnia ſeruituti hominum. Cap. XX.

OMnia ſub pedibus hominis ſubieciſti, ut ſolus homo totus tibi ſubijceretur: & ut tuus totus homo eſſet, ſuper oĩa opera tua dominatus eſt homo. Exteriora nẽpe pro corpore cũcta creaſti: ipſum uero corpus pro anima: animam uero pp te: ut tibi ſoli uacaret, & te ſolum amaret, poſſidens te ad ſolatiũ, inferiora uero oĩa ad ſeruitium. Quicquid enĩ cœli ambitu continetur, inferius ab anima humana eſt; quæ facta eſt, ut ſummum ſuperius poſſideret, cuius poſſeſſione beata fieret: cui ſi adhæſerit, cunctorum mutabilium inferiorum neceſſitudines ſupergrediens, illius ſummæ maieſtatis, cuius æmulatur ſpeciem, æternæ immortalitatis faciem cum ſerenitate uidebit. Tunc uero illis bonis optimis fruetur in domo domi-

ni, quorum comparatiõe cuncta hæc quæ hic cernimus, uelut nihilum cõputant. Illa ſunt, quæ oculus nõ uidit nec, auris audiuit, nec in cor hois aſcẽderũt, q̃ p̃parauit Deus diligẽtibus ſe. Et hæc quidẽ dñe daturus es aiæ. His etiã quotidie lætificas, aias ſeruoꝝ tuorũ, q amas animas. Quid miror hæc domine Deus meus? Imaginem quippe tuam honorificas, & ſimilitudinẽ tuam, ad quã creatæ ſunt. Nam & corpori noſtro, licet adhuc corruptibili & ignobili, ut uideret, dediſti cœli claritatem, per manum miniſtrorũ tuorum indeffeſorum Solis & Lunæ: qui præcepto tuo iugiter die ac nocte deſeruiũt filijs tuis: ut ſpiraret, largitus es aeris puritatem: ut audiret, ſonorũ uarietates: ut odoraret, odorum ſuauitates: ut guſtaret, ſaporum qualitates ut contrectaret, dediſti corpulentium omnium groſſitates: adiuuamenta ſuis neceſſitatibus dediſti iumenta. Volucres quoq; cœli, & piſces maris & fructus terræ, ad reficiẽdũ impendiſti: medicinas de terra propter ſingu

las quaſque ſuas corruptelas creaſti: ſingula ſolatia ſingulis malis obuiantia præparaſti: quoniam es miſericors & miſerator: & nouiſti figmentū noſtrū figulus nr̄: & nos oēs q̄ſi lutū in manu tua. Q d' ex ꝯſideratiōe bonoꝝ temporalium colligitur magnitudo cœleſtis cōſilij. C. XXI.

EN apiatur mihi miſericordia tua magna: lumine tuo illuſtra, quæſo magis adhuc, ut mihi magis apiatur. Nā ex his minimis tua magna, ex his uiſibilib' tua iuiſibilia cōprehēdimus dn̄e deus ſancte, & bone creator nr̄. Si. n. mi dn̄e ꝑ hoc corpe ignobili & corruptibili tā magna & īnumera bn̄ficia p̄ſtas, a cœlo & a ere, a terra & mari, a luce & tenebris, a calore & umbra rore & ībre, uētris & pluuijs, & uolucribus & piſcibus, beſtijs & arborib' & multiplicitate herbarū & germinū terræ, & cūctaꝝ creaturarū tuarū miniſterio nobis ſucceſſiue per ſua tempora miniſtrātium, ut alleues faſtidium noſtrum: qualia quæſo & quā magna & innumerabilia erunt illa bona quæ

præparaſti diligentibus te, in illa cœleſti patria, ubi te uidebebimus facie ad faciē? Si tāta facis nobis in carcere, qd ages in palatio? Magna & innumerabilia ſunt opa tua dñe rex cœloꝝ. Cū enim ſint hæc oia ualde bona & delectabilia, quæ bonis pariter malisqꝫ cōmunia tradidiſti: qualia futura ſunt illa quæ ſolis bonis recondidiſti? Si tā innumera & uaria dona tua, quæ nūc amicis pariter tribuis & inimicis: quā magna & innumerabilia, quā dulcia & delectabilia, quæ ſolis tuis es largiturus amicis? Si tāta ſolatia in hac die lachrymarū: quanta cōfers in die nuptiarum? Si tanta delectabilia cōtinet carcer, quanta quæſo continet patria? Oculus nō uidit Deus abſque te, quæ præparaſti diligentibus te. Secūdum enim magnam multitudinem magnificentiæ tuæ, eſt etiam multitudo magna dulcedinis tuæ, quam abſcondiſti timentibus te. Magnus enim tu es domine Deus meus & immenſus: nec ē finis magnitudinis tuæ: nec eſt numerus ſapiētiæ tuæ: nec eſt mēſura beni

gnitatis tuæ: nec ē finis, nec numerus nec menſura retributionis tuæ. Sed ſicut magnus es tu, ita magna ſunt donaria tua: qm̃ tu ipſe præmiũ & donũ oīum legitimoꝝ tuoꝝ pugnatoꝝ.

Quod diuina dulcedo oēm p̄ſentem mundi amaritudinem tollit.

Cap. XXII.

HÆc ſunt beneficia tua magna domine Deus ſanctificator ſanctoꝝ tuorum, quibus repleturus es inopiā eſuriētiũ filioꝝ tuoꝝ: quoniam tu es ſpes deſperatorum, & ꝯſolatio deſolatorum. Tu corona ſpei, quæ ornata eſt gloria præparata uincentibus. Tu famelicorum ſatietas æterna, dāda eſurientibus. Tu conſolatio ſempiterna, qui ſolis illis tribuis, qui conſolationem huius mundi pro tua perpetua ꝯſolatione cōtemnunt. Nā qui hic conſolantur indigni tua conſolatione habentur: ſed qui hic cruciantur, a t' conſolantur: & qui participant paſſionibus, participant & conſolationibus. Nemo enim poteſt in utroque ſeculo conſolari: nec poteſt

quis hic & in futuro gaudere: ſed alterũ neceſſe eſt ut perdat, q alterũ uoluerit poſſidere. Hæc ubi cõſidero dñe cõſolator meus: in hac uita renuit cõſolari aīa mea, ut digna habeat tuis cõſolationibus eternis: quia iuſtũ eſt ut amittat te, qcunq; in aliquo alio magis cõſolari eligit quã in te. Et obſecro ſumma Veritas te per te, non permittas me in aliqua conſolatione uana conſolari: ſed peto ut omnia mihi amareſcant, ut tu ſolus dulcis appareas aīæ meæ: qui es dulcedo iæſtimabilis, per quã cuncta amara dulcorantur. Tua enim dulcedo Stephano lapides torrentis dulcorauit. Tua dulcedo craticulam beato Laurẽtio dulcem fecit. Pro tua dulcedine ibant apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij: quoniam digni habiti ſunt pro nomine tuo contumeliã pati. Ibat Andreas ad crucem ſecurus & gaudens, quoniã ad tuã dulcedinẽ properabat. Hæc tua dulcedo ipſos apoſtolorũ principes ſic repleuit, ut ꝑ ipſa crucis patibulum unus eligeret alter quoq; caput ferientis gladio ſupponere

ponere

ponere non timeret. Pro hac emenda Bartholomeus propriã pellẽ dedit. Pro hac quoq; guſtãda uenẽi poculũ intrepidus Ioannes potauit. Hãc uero ut guſtauit Petrus: omniũ iferiorũ oblitus, clamauit quaſi ebrius dicẽs. Domine, bonũ eſt nos hic eſſe: faciamus hic tria tabernacula: Hic moremur: hic te cõtẽplemur: q̃a nullo alio indigemus. ſufficit nobis domine uidere te: ſufficit, inq̃t, tãta dulcedine ſatiari. Vnã enim ſtillã dulcedinis ille guſtauit: & oẽm aliã faſtidiuit dulcedinẽ. Quid putas dixiſſet, ſi magnã illam multitudiem dulcedis diuinitatis tuæ guſtaſſet, q̃ abſcõdiſti timẽtibus te? Hanc tuã dulcedinẽ ineffabilẽ & illa guſtauerat uirgo, de qua legimus, q̃ lætiſſima & gloriãter ibat ad carcerem quaſi ad epulas iuitata. Hãc (ut reor) & ipẽ guſtauerat, q̃ dicebat. Quã magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abſcondiſti timentibus te. quiq; monebat. Guſtate & uidete quoniã ſuauis eſt dominus. Hæc eſt enim illa beatitudo dñe Deus noſter, quam

expectamus datum te nobis: pro qua tibi domine continue militamus: pro qua mortificamur tota die, ut in tua uita tibi uiuamus.

Quod tota ſpes nr̃a, & deſideriũ nr̃m debeat eſſe in Deũ. cap. xxiiij.

TV autem dñe expectatio Iſrael deſiderium ad qđ ſuſpirat cor nr̃m quotidie: feſtina, ne tardaueris: ſurge, propera, & ueni, ut educas nos đ iſto carcer ad ꝯfitẽdũ noĩ tuo, ut glo riemur in lumine tuo. Aperi aures tu as clamoribus lachrymarum pupillorũ tuorum, q clamãt ad te. Pr̃ nr̃, ad nobis hodie panẽ nr̃m quotidianũ: in cuius fortitudine ãbulemus die ac nocte, uſ ꝗquo ꝑueniamus ad mõtẽ ſanctũ tu um Oreb. Et ego paruulus iter paruu los familiæ tuæ Deus pater, & uirtus mea, qñ ueniã & apparebo ante faciẽ tuã: ut q nunc tibi ꝯfiteor ad tempus, ex tunc cõfitear tibi in æternum? Bea tus ero, ſi fuero admiſſus ad uidendũ claritatẽ tuã. Quis mihi hoc tribuat, ut ad hoc uenire ꝑmittas me? Scio do mine. ſcio & confiteor me indignũ ut

intrē ſubiectū tuū: ſed fac propter honorē tuū: & ne confundas in te ſperātē ſeruū tuū. Et qs intrabit in ſanctuarium tuum ad ɔſiderandas potentias tuas, niſi tu apias? Quis aūt aperiet, ſi tu clauſeris? Si.n. tu deſtruxeris, nemo eſt q ædificet. Et ſi incluſeris hominē nemo eſt q apiat. Si cōtinueris aquas, oīa ſiccabunt: & ſi emiſeris eas, ſubuertēt terram. Si oīa quæ feciſti ad nihilū redigas, qs ɔtradicet tibi? Porro ſempiterna bonitas miſericordiæ tuæ, qua feciſti oīa quæcūq; uoluiſti. Tu nos feciſti frabricator mūdi: rege nos. Tu nos creaſti: ne ſpnas nos: quia opa tua ſumus. Et qdē domine Deus noſter, nos lutū & uermiculi nō ualemus in tuas æterniates intrare, niſi tu itroduxeris, qui de nihilo cuncta creaſti.

Quod ſalus noſtra ex Deo eſt. cap. xxiiij.

EGo aūt opus manuū tuaꝝ cōfiteor tibi in timore tuo: qa nō i arcu meo ſperabo: & gladius meus nō ſaluabit me: ſed dextera tua, & brachiū tuū et illuminatio uultus tui alio

quin deſperarem: quoniam ſpes mea tu es, qui creaſti me: quoniam nō des relinquis ſperantes in te. Tu quippe ex dominus Deus noſter, ſuauis & patiens in miſericordia diſponens oĩa. Nā ſi peccauerimus, tui ſumus: ſi non peccauerimus, tui ſumus: qm̄ apud te ſumus cōputati. Nos enim foliū uniuerſi: & uanitas ē oĩs homo uiuēs: & uētus eſt uita noſtra ſup terrā. Ne iraſcaris ſi cadimus pupilli tui: qm̄ tu noſti figmentū noſtrū domine Deus nr̄. Nū Deus inæſtimabilis fortitudinis ꝯtra foliū qđ a uēto rapit oſtēdeř uis potentiā tuā & ſtipulā ſiccam perſequeris? Num dānabis Iſrael rex æterne canem mortuū? Num dānabis culicem unū? Audiuimus de miſericordia tua domine: quoniam tu mortem nō facis nec lætaris in perditione morientiū. Propter hoc domine oramus te ne permittas dominari quod nō feciſti huic creaturæ tuæ quam feciſti. Si enim doles de perditione: quid te prohibet domine qui omnia potes. ne ſemper læteris de noſtra ſaluatio-

ne? Si uis, potes me ſaluare: ego autē & ſi uellē, nō poſſē. Magna ē multitudo miſeriarū mearū mecū. Velle qppe mihi adiacet; pficere autē nō inuenio. Velle quod bonū eſt, nō poſſū, niſi tu uelis: nec quod uolo poſſū, niſi tua potentia me cōfortet: & quod poſſū, aliās qñ nolo, niſi tua uolūtas fiat, ſicut in cœlo & in terra. Et qđ uolo & poſſū, ignoro, niſi tua ſapientia me illuſtret. Et ſi etiam ſciam, quandoq; uolens, quandoq; ualēs, imperfecta & uacua tranſit ſapiētia mea, niſi adiuuetur a uera ſapiētia tua. In tua autem uoluntate cuncta ſunt poſita: & non eſt qui poſſit reſiſtere uoluntati tuæ domine uniuerſorum, principatum tenēs ois carnis: & quæcunq; uis, facis, in cœlo & in terra, i mari & in omnibus abyſſis. In nobis igitur fiat uoluntas tua, ſuper quibus inuocatū eſt nomē tuū: ne pereat hoc nobile plaſma tuū, qđ creaſti, propter honorem tuū. Et quis eſt homo natus de muliere, qui uiuat & non uideat mortem, & eripiat animam ſuā de manu iferi, niſi tu ſolus

eripias uita uitalis oĩs uitæ, per quem omnia uiuunt?

Quod uoluntas noſtra ineficax eſt ad bona opera ſine gratia Dei. cap. xxv.

ET enim iã tibi confeſſus ſum, laus uitæ meæ dñe Deus meus, uirtus ſalutis meæ. Sperabã aliqñ in uirtute mea, q tñ ñ erat uirtus: & cũ ſic uolui currere: ubi magis me ſtare credebã ibi magis cecidi: factusq; ſum magis retro, & nõ ante: & qđ credebã ↄſeq, magis elongatũ eſt a me. Sic ꝑ multa ſimilia uires meas probãs cognoſco nũc qa illuminaſti me: qm̃ quod magis credidi poſſe ꝑ me, minus ſemper potui. Dicebã enim: hoc faciã, illud ꝑficiã: nec hoc, nec illđ faciebã. Aderat uolũtas, nõ erat facultas: aderat facultas, nõ aderat uolũtas quoniã đ meis uiribus confidebam. Nunc autem cõfiteor tibi Deus Pater domine cœli & terræ: quia non in fortitudine ſua roborabitur uir: ut glorieť ante te ſtulta præſumptio omnis carnis. Non eſt hominis, uelle quod poſſit: aut poſſe

qđ uelit:uel ſcire quod uelit & poſſit:ſed potius a te greſſus hominis dirigũtur, illorum inquam, qui nõ a ſe, ſed a te dirigi ſe confitentur. Obſecramus itaq; p uiſcera miſericordiæ tuæ uelis dñe ſaluare qđ creaſti: quoniã ſi uis, potes nos ſaluare: & i tua uolũtate uirtus eſt noſtræ ſalutis.

De antiquis beneficijs Dei. cap. xxvi.

REcordare miſericordiæ tuæ antiquæ, qua nos a principio in benedictiõibus tuæ dulcedinis pueniſti. Anteq̃ eni naſcerer ego filius ancillæ tuæ, dñe ſpes mea ab uberibus matris meæ, tu me pueniſti, pparãs mihi ſemitas, qbus incederẽ, & uenirẽ ad gloriã domus tuæ. Prius q̃ me formares in utero, nouiſti me: & anteq̃ exirẽ de uulua, qcqd tibi placuit, pordinaſti de me. Quæ & qualia ſint in libro tuo ſcripta de me, in ſecreto ꝯſiſtorij tui, ego qdẽ ignoro: uñ & ualde timeo: tu ꝓ nosti: q m̃ qđ ego p ſucceſſus dierũ & tempoꝝ hinc ad mille annos huius temporalitatis expecto, in conſpe

ctu æternitatis tuæ iã factũ eſt: & qđ futurũ eſt, iã factũ ẽ. Ego autẽ ſtans in hac nocte tenebroſa, & hæc ignorans timor & tremor uenerũt ſup me: dũ uideo mihi undiq; iminere multa pi=cula, & me a multis hoſtibus uenari, multitudineq; innumerarũ miſeriarũ in hac uita circundari. & niſi in his tãtis malis afforet mihi tuũ admini=culũ deſperarẽ. Sed ſpes mihi magna ſub eſt de te mitiſſime princeps Deus meus: & ꝯſideratio multitudinis mi=ſerationũ tuarũ, quæ apud te ſũt, ſub=leuat mentem meam: & præcedentia ſigna miſericordiæ tuæ, q̃ me antequã naſcerer præuenerunt, & nũc ſpeciali=ter in me effulſerunt, de futuris beni=gnitatis tuæ melioribus & pfectiori=bus muneribꝰ, q̃ amicis tuis reſeruas ſpẽ meã admonẽt, ut in te lætetur dñe Deus meus, lætitia ſancta & uiua, qua ſemp lætificas iuuẽtutem meam.

De angelis deputatis ad cuſtodiã hominum. cap. xxvij

Dilexiſti. n. me unice amor meus antequã diligerẽ te; & ad ima=

ginem tuā creaſti me: omnibus crea‑
turis tuis præpo ſuiſti me. Quā digni
tatem tunc quidē ſeruo, cū nouerim
te, pp quē feciſti me. Inſup facis ange
los tuos ſpiritus pp me qbus mādaſti
ut cuſtodiant me in oībus uijs meis:
ne forte offēdā ad lapidē pedē meū.
Hi enim ſūt cuſtodes ſup muros ciui
tatis tuæ nouæ Hieruſalē, & mōtes in
circuitu eius, uigilātes & cuſtodiētes
uigilias noctis ſup gregē tuū: nequā
do rapiat ut leo animas noſtras, dum
non eſſet q eriperet, ille antiquus ſer‑
pens aduerſarius noſter diabolus: q
quaſi leo rugiens ſemp circuit, quæ‑
rens quem deuoret. Hi ſunt ciues bea
tæ ciuitatis ſupernæ Hieruſalem, quæ
ſurſū eſt mater noſtra, in miniſteriū
miſſi propter eos qui hæreditatem ca
piunt ſalutis: ut eos liberent ab inimi
cis ſuis, & cuſtodiāt in omnibus uijs
ſuis: confortent quoq; & moneant: &
orationes filiorum tuorum offerant
in cōſpectu gloriæ maieſtatis tuæ. Di
ligunt nempe cōciues ſuos, per quos
ſuæ ruinæ ſciſſuras reſtaurari expe‑

ni, quorum comparatiõe cuncta hæc quæ hic cernimus, uelut nihilum cõ putant. Illa ſunt, quæ oculus nõ uidit nec, auris audiuit, nec in cor hois aſcẽ derũt, q̃ p̃parauit Deus diligẽtibus ſe. Et hæc quidẽ dñe daturus es aiæ. His etiã quotidie lætificas, aias ſeruoꝝ tuo rũ, q amas animas. Quid miror hæc domine Deus meus? Imaginem quip pe tuam honorificas, & ſimilitudinẽ tuam, ad quã creatæ ſunt. Nam & cor pori noſtro, licet adhuc corruptibili & ignobili, ut uideret, dediſti cœli cla ritatem, per manum miniſtrorũ tuo rum indeffeſorum Solis & Lunæ: qui præcepto tuo iugiter die ac nocte de ſeruiũt filijs tuis: ut ſpiraret, largitus es aeris puritatem: ut audiret, ſonorũ uarietates: ut odoraret, odorum ſuaui tates: ut guſtaret, ſaporum qualitates ut contrectaret, dediſti corpulentium omnium groſſitates: adiuuamenta ſuis neceſſitatibus dediſti iumenta. Volucres quoq; cœli, & piſces maris & fructus terræ, ad reficiẽdũ impendi ſti: medicinas de terra propter ſingu

las quaſque ſuas corruptelas creaſti: ſingula ſolatia ſingulis malis obuiantia præparaſti: quoniam es miſericors & miſerator: & nouiſti figmentũ noſtrũ figulus nr̄: & nos oẽs q̄ſi lutũ in manu tua. Q d' ex ꝯſideratiõe bonoꝝ temporalium colligitur magnitudo cœleſtis cõſilij. C. XXI.

EN apiatur mihi miſericordia tua magna: lumine tuo illuſtra, quæſo magis adhuc, ut mihi magis apiatur. Nã ex his minimis tua magna, ex his uiſibilib' tua iuiſibilia cõprehẽdimus dñe deus ſancte, & bone creator nr̄. Si. n. mi dñe ꝓ hoc corpe ignobili & corruptibili tã magna & inumera bñficia p̄ſtas, a cœlo & a ere, a terra & mari, a luce & tenebris, a calore & umbra rore & ibre, uẽtris & pluuijs, & uolucribus & piſcibus, beſtijs & arborib' & multiplicitate herbarũ & germinũ terræ, & cũctaꝝ creaturarũ tuarũ miniſterio nobis ſucceſſiue per ſua tempora miniſtrãtium, ut alleues faſtidium noſtrum: qualia quæſo & quã magna & innumerabilia erunt illa bona quæ

præparaſti diligentibus te, in illa cœleſti patria, ubi te uidebebimus faciē ad faciē? Si tāta facis nobis in carcere, qd ages in palatio? Magna & innumerabilia ſunt opa tua dñe rex cœlo℞. Cū enim ſint hæc oīa ualdè bona & delectabilia, quæ bonis pariter maliſqꝫ cōmunia tradidiſti: qualia futura ſunt illa quæ ſolis bonis recondidiſti? Si tā innumera & uaria dona tua, quæ nūc amicis pariter tribuis & inimicis: quā magna & innumerabilia, quā dulcia & delectabilia, quæ ſolis tuis es largiturus amicis? Si tāta ſolatia in hac die lachrymarū: quanta cōfers in die nuptiarum? Si tanta delectabilia cōtinet carcer, quanta quæſo continet patria? Oculus nō uidit Deus abſque te, quæ præparaſti diligentibus te. Secūdum enim magnam multitudinem magnificentiæ tuæ, eſt etiam multitudo magna dulcedinis tuæ, quam abſcondiſti timentibus te. Magnus enim tu es domine Deus meus & immenſus: nec ē finis magnitudinis tuæ: nec eſt numerus ſapiētiæ tuæ: nec eſt mēſura beni

gnitatis tuæ: nec ē finis, nec numerus nec menſura retributionis tuæ. Sed ſicut magnus es tu, ita magna ſunt donaria tua: qm̄ tu ipſe præmiū & donū oīum legitimoꝝ tuoꝝ pugnatoꝝ.

Quod diuina dulcedo oēm p̄ſentem mundi amaritudinem tollit.

Cap. XXII.

HÆc ſunt beneficia tua magna domine Deus ſanctificator ſanctoꝝ tuorum, quibus repleturus es inopiā eſurientiū filioꝝ tuoꝝ: quoniam tu es ſpes deſperatorum, & ꝯſolatio deſolatorum. Tu corona ſpei, quæ ornata eſt gloria præparata uincentibus. Tu famelicorum ſatietas æterna, dāda eſurientibus. Tu conſolatio ſempiterna, qui ſolis illis tribuis, qui conſolationem huius mundi pro tua perpetua ꝯſolatione cōtemnunt. Nā qui hic conſolantur indigni tua conſolatione habentur; ſed qui hic cruciantur, a te conſolantur: & qui participant paſſionibus, participant & conſolationibus. Nemo enim poteſt in utroque ſeculo conſolari; nec poteſt

quis hic & in futuro gaudere: ſed alte rũ neceſſe eſt ut perdat, q alteꝝ uolue rit poſſidere. Hæc ubi ꝯſidero dñe ꝯſo lator meus: in hac uita renuit ꝯſolari aĩa mea, ut digna habeať tuis ꝯſolatio nibus eternis: quia iuſtũ eſt ut amittat te, qcunqꝫ in aliquo alio magis ꝯſola ri eligit quã in te. Et obſecro ſumma Veritas te per te, non permittas me in aliqua conſolatione uana conſolari: ſed peto ut omnia mihi amareſcant, ut tu ſolus dulcis appareas aĩæ meæ: qui es dulcedo ĩæſtimabilis, per quã cuncta amara dulcorantur. Tua enim dulcedo Stephano lapides torrentis dulcorauit. Tua dulcedo craticulam beato Laurẽtio dulcem fecit. Pro tua dulcedine ibant apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij: quoniam digni ha biti ſunt pro nomine tuo contumeliã pati. Ibat Andreas ad crucem ſecurus & gaudens, quoniã ad tuã dulcedinẽ properabat. Hæc tua dulcedo ipſos apoſtoloꝝ principes ſic repleuit, ut ꝓ ipſa crucis patibulum unus eligeret alter quoqꝫ caput ferientis gladio ſup

ponere

ponere non timeret. Pro hac emenda Bartholomeus propriã pellẽ dedit. Pro hac quoq; guſtãda uenẽi poculũ intrepidus Ioannes potauit. Hãc uero ut guſtauit Petrus: omniũ iferiorũ oblitus, clamauit quaſi ebrius dicẽs. Domine, bonũ eſt nos hic eſſe: faciamus hic tria tabernacula; Hic moremur: hic te cõtẽplemur; q̃a nullo alio indigemus. ſufficit nobis domine uidere te: ſufficit, inq̃t, tãta dulcedine ſatiari. Vnã enim ſtillã dulcedinis ille guſtauit: & oẽm aliã faſtidiuit dulcedinẽ. Quid putas dixiſſet, ſi magnã illam multitudiem dulcedis diuinitatis tuæ guſtaſſet, q̃ abſcõdiſti timẽtibus te? Hanc tuã dulcedinẽ ineffabilẽ & illa guſtauerat uirgo, de qua legimus, q̃ lætiſſima & gloriãter ibat ad carcerem quaſi ad epulas iuitata. Hãc (ut reor) & ipſe guſtauerat, q̃ dicebat. Quã magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abſcondiſti timentibus te. quiq; monebat. Guſtate & uidete quoniã ſuauis eſt dominus. Hæc eſt enim illa beatitudo dñe Deus noſter, quam

expectamus datuꝶ te nobis: pro qua tibi domine continue militamus: pro qua mortificamur tota die, ut in tua uita tibi uiuamus.

Quod tota ſpes nr̃a, & deſideriũ nr̃m debeat eſſe in Deũ. cap. xxiiij.

TV autem dñe expectatio Iſrael deſiderium ad qđ ſuſpirat cor nr̃m quotidie: feſtina, ne tardaueris: ſurge, propera, & ueni, ut educas nos đ iſto carcer ad ꝯfitẽdũ noĩ tuo, ut glo riemur in lumine tuo. Aperi aures tu as clamoribus lachrymaꝶ pupillorũ tuoꝶ, q clamãt ad te. Pr̃ nr̃, ad nobis hodie panẽ nr̃m quotidianũ: in cuius fortitudine ãbulemus die ac nocte, uſ queq quo ꝑueniamus ad mõtẽ ſanctũ tu um Oreb. Et ego paruulus iter paruu los familiæ tuæ Deus pater, & uirtus mea, qñ ueniã & apparebo ante faciẽ tuã: ut q nunc tibi ꝯfiteor ad tempus, ex t unc cõfitear tibi in æternum? Bea tus ero, ſi fuero admiſſus ad uidendũ claritatẽ tuã. Quis mihi hoc tribuat, ut ad hoc uenire ꝑmittas me? Scio do mine, ſcio & confiteor me indignũ ut

intrē ſubiectū tuū: ſed fac propter honorē tuū: & ne confundas in te ſperātē ſeruū tuū. Et qs intrabit in ſanctuarium tuum ad ꝯſiderandas potentias tuas, niſi tu apias? Quis aūt aperiet, ſi tu clauſeris? Si. n. tu deſtruxeris, nemo eſt q ædificet. Et ſi incluſeris hominē nemo eſt q apiat. Si cōtinueris aquas, oīa ſiccabunt: & ſi emiſeris eas, ſubuertēt terram. Si oia quæ feciſti ad nihilū redigas, qs ꝯtradicet tibi? Porro ſempiterna bonitas miſericordiæ tuæ, qua feciſti oia quæcūq; uoluiſti. Tu nos feciſti frabricator mūdi: rege nos. Tu nos creaſti: ne ſpnas nos: quia opa tua ſumus. Et qdē domine Deus noſter, nos lutū & uermiculi nō ualemus in tuas æterniates intrare, niſi tu itroduxeris, qui de nihilo cuncta creaſti.

Quod ſalus noſtra ex Deo eſt. cap. xxiiij.

EGo aūt opus manuū tuaꝝ cōfiteor tibi in timore tuo: qa nō i arcu meo ſperabo: & gladius meus nō ſaluabit me: ſed dextera tua, & brachiū tuū et illuminatio uultus tui alio

quin deſperarem: quoniam ſpes mea tu es, qui creaſti me: quoniam nõ de-relinquis ſperantes in te. Tu quippe ex dominus Deus noſter, ſuauis & pa-tiens in miſericordia diſponens oia. Nã ſi peccauerimus, tui ſumus: ſi non peccauerimus, tui ſumus: qm̃ apud te ſumus cõputati. Nos enim foliũ uni-uerſi: & uanitas ẽ oĩs homo uiuẽs: & uẽtus eſt uita noſtra ſup terrã. Ne iraſ-caris ſi cadimus pupilli tui: qm̃ tu no-ſti figmentũ noſtrũ domine Deus nr̃. Nũ Deus inæſtimabilis fortitudinis ꝯtra foliũ qđ a uẽto rapit oſtẽdes uis potentiã tuã & ſtipulã ſiccam perſe-queris? Num dãnabis Iſrael rex æter-ne canem mortuũ? Num dãnabis cu-licem unũ? Audiuimus de miſericor-dia tua domine: quoniam tu mortem nõ facis nec lætaris in perditione mo-rientiũ. Propter hoc domine oramus te ne permittas dominari quod nõ fe-ciſti huic creaturæ tuæ quam feciſti. Si enim doles de perditione: quid te prohibet domine qui omnia potes. ne ſemper læteris de noſtra ſaluatio-

ne? Si uis, potes me ſaluare: ego autẽ & ſi uellẽ, nõ poſſẽ. Magna ẽ multitudo miſeriarũ mearũ mecũ. Velle qppe mihi adiacet; pficere autẽ nõ inuenio. Velle quod bonũ eſt, nõ poſſũ, niſi tu uelis: nec quod uolo poſſũ, niſi tua potentia me cõfortet: & quod poſſũ, aliqñ nolo, niſi tua uolũtas fiat, ſicut in cœlo & in terra. Et qđ uolo & poſſũ, ignoro, niſi tua ſapientia me illuſtret. Et ſi etiam ſciam, quandoq; uolens, quandoq; u alẽs, imperfecta & uacua tranſit ſapiẽtia mea, niſi adiuuetur a uera ſapiẽtia tua. In tua autem uoluntate cuncta ſunt poſita: & non eſt qui poſſit reſiſtere uoluntati tuæ domine uniuerſorum, principatum tenẽs oĩs carnis: & quæcunq; uis, facis, in cœlo & in terra, i mari & in omnibus abyſſis. In nobis igitur fiat uoluntas tua, ſuper quibus inuocatũ eſt nomẽ tuũ: ne pereat hoc nobile plaſma tuũ, qđ creaſti, propter honorem tuũ. Et quis eſt homo natus de muliere, qui uiuat & non uideat mortem, & eripiat animam ſuã de manu iferi, niſi tu ſolus

eripias uita uitalis oīs uitæ, per quem omnia uiuunt.

Quod uoluntas noſtra ineficax eſt ad bona opera ſine gratia Dei. cap. xxv.

ET enim iā tibi confeſſus ſum, laus uitæ meæ dn̄e Deus meus, uirtus ſalutis meæ. Sperabā aliqñ in uirtute mea, q tñ ñ erat uirtus: & cū ſic uolui currere: ubi magis me ſtare credebā, ibi magis cecidi: factusq; ſum magis retro, & nō ante: & qđ credebā ꝯſeq, magis elongatū eſt a me. Sic ꝑ multa ſimilia uires meas probās cognoſco nūc qa illuminaſti me: qm̄ quod magis credidi poſſe ꝑ me, minus ſemper potui. Dicebā enim: hoc faciā, illud ꝑficiā: nec hoc, nec illđ faciebā. Aderat uolūtas, nō erat facultas: aderat facultas, nō aderat uolūtas quoniā đ meis uiribus confidebam. Nunc autem cōfiteor tibi Deus Pater domine cœli & terræ: quia non in fortitudine ſua roborabitur uir: ut glorieť ante te ſtulta præſumptio omnis carnis. Non eſt hominis, uelle quod poſſit: aut poſſe

qđ uelit: uel ſcire quod uelit & poſſit: ſed potius a te greſſus hominis dirigũtur, illorum inquam, qui nõ a ſe, ſed a te dirigi ſe confitentur. Obſecramus itaqȝ ꝑ uiſcera miſericordiæ tuæ uelis dñe ſaluare qđ creaſti: quoniã ſi uis, potes nos ſaluare: & i tua uolũtate uirtus eſt noſtræ ſalutis.

De antiquis beneficijs Dei. cap. xxvi.

RƎcordare miſericordiæ tuæ antiquæ, qua nos a principio in benedictiõibus tuæ dulcedinis ꝓueniſti. Anteq̃ enĩ naſcerer ego filius ancillæ tuæ, dñe ſpes mea ab uberibus matris meæ, tu me ꝓueniſti, ꝑparãs mihi ſemitas, qbus incederẽ, & uenirẽ ad gloriã domus tuæ. Prius q̃ me formares in utero, nouiſti me: & anteq̃ exirẽ de uulua, qcqd tibi placuit, ꝑordinaſti de me. Quæ & qualia ſint in libro tuo ſcripta de me, in ſecreto ꝯſiſtorij tui, ego qdẽ ignoro: uñ & ualde timeo: tu ꝓo noſti: qm̃ qđ ego ꝑ ſucceſſus dierũ & tempoꝝ hinc ad mille annos huius temporalitatis expecto, in conſpe

tu æternitatis tuæ iã factũ eſt: & qđ futurũ eſt, iã factũ ẽ. Ego autẽ ſtans in hac nocte tenebroſa, & hæc ignorans timor & tremor uenerũt ſup me: dũ uideo mihi undiq; iminere multa pericula, & me a multis hoſtibus uenari, multitudineq; innumerarũ miſeriarũ in hac uita circundari. & niſi in his tãtis malis afforet mihi tuũ adminiculũ deſperarẽ. Sed ſpes mihi magna ſub eſt de te mitiſſime princeps Deus meus: & ꝯſideratio multitudinis miſerationũ tuarũ, quæ apud te ſũt, ſubleuat mentem meam: & præcedentia ſigna miſericordiæ tuæ, q̃ me antequã naſcerer præuenerunt, & nũc ſpecialiter in me effulſerunt, de futuris benignitatis tuæ melioribus & pfectioribus muneribꝰ, q̃ amicis tuis reſeruas ſpẽ meã admonẽt, ut in te lætetur dñe Deus meus, lætitia ſancta & uiua, qua ſemp lætificas iuuẽtutem meam.

De angelis deputatis ad cuſtodiã hominum. cap. xxvij

Dilexiſti.n. me unice amor meus antequã diligerẽ te: & ad ima-

ginem tuā creaſti me: omnibus crea-turis tuis præpo ſuiſti me. Quā digni tatem tunc quidē ſeruo, cū nouerim te, pp quē feciſti me. Inſupfacis ange los tuos ſpiritus pp me qbus mādaſti ut cuſtodiant me in oībus uijs meis: ne forte offēdā ad lapidē pedē meū. Hi enim ſūt cuſtodes ſup muros ciui tatis tuæ nouæ Hieruſalē, & mōtes in circuitu eius, uigilātes & cuſtodiētes uigilias noctis ſup gregē tuū: nequā do rapiat ut leo animas noſtras, dum non eſſet q eriperet, ille antiquus ſer-pens aduerſarius noſter diabolus: q quaſi leo rugiens ſemp circūit, quæ-rens quem deuoret. Hi ſunt ciues bea tæ ciuitatis ſupernæ Hieruſalem, quæ ſurſū eſt mater noſtra, in miniſteriū miſſi propter eos qui hæreditatem ca piunt ſalutis: ut eos liberent ab inimi cis ſuis, & cuſtodiāt in omnibus uijs ſuis: confortent quoq; & moneant: & orationes filiorum tuorum offerant in cōſpectu gloriæ maieſtatis tuæ. Di ligunt nempe cōciues ſuos, per quos ſuæ ruinæ ſciſſuras reſtaurari expe-

ſtant. Ideoq; magna cura & uigilanti ſtudio adſunt nobis oībus horis & locis, ſuccurentes & prouidentes neceſſitatibus noſtris, & ſoliciti diſcurrentes iter nos & te dñe, gemitus noſtros atq; ſuſpiria referentes ad te, ut impetrent nobis facilem tuæ benignitatis propitiationē, & referant ad nos deſideratā tuæ gratiæ benedictionē. Ambulāt nobiſcū ī omnibus uijs noſtris intrant & exeunt nobiſcū, attente conſiderantes, q̄ pie, q̄ honeſte in medio nationis prauæ ꝯuerſemur; quantoq; ſtudio & deſiderio quæramus regnū tuū & iuſtitiā eius: q̄ ātoq; timore & tremore ſeruiamus & exultemus tibi in lætitia cordis noſtri Adiuuāt laborātes protegunt qeſcentes; horantur pugnantes: coronāt uincentes; ꝯgaudēt gaudētibus: de te, inq̄, gaudētibus cōpatiunt patiētibus; ꝓ te, inq̄ patientibus. Grādis ē eis cura de nobis: magnus eſt affectus dilectiōis eoꝝ erga nos. Et hoc totū ꝓpter honorem tuæ inæſtimabilis charitatis, qua dilexiſti nos; diligūt enim, quos tu diligis: cuſ

ſtodiunt, quos tu cuſtodis: & deſerũt quos tu deſeris: nec diligunt operan tes iniqtatẽ, qm̃ & tu odiſti oẽs ópanː tes iniqtatẽ: & pdes oẽs q loquuntur mẽdaciũ. quoties bene agimus, gauː dẽt angeli, & triſtãtur dæmões. Quo ties a bono deuiamus, diabolũ lætifiː camus, & angelos tuos ſuo gaudio defraudamus. Gaudiũ eſt eni eis ſup uno peccatore pœnitẽtiã agẽte: ſꝫ dia bolo ſup uno iuſto pœnitẽtiã deſerẽ te. Da igiť pater eis ſemp gauderẽ de nobis: ut & tu ſemp p eos lauderis ĩ nobis: & nos cũ eis in unũ ouile tuũ adducamur: ut confiteamur ſimul no mini ſancto tuo, creator hominum & an gelorum. Hæc ipſe commemorans coram te, ꝯfiteor laudans te: quoniã beneficia tua magna ſunt hæc. qbus nos honorificaſti, dãs nobis angelos tuos ſpiritus in miniſteriũ noſtri. Deː deras enim quicquid cœli ambitu cõː tineť: & quaſi parua reputas hæc quæ ſub cœlo ſunt, niſi adderes etiã ea quæ ſunt ſup cœlos. Laudẽt te dñe de hoc oẽs angeli tui: cõfiteãtur tibi de hoc

omnia opa tua, & ipſi ſancti tui tibi be nedicant. O honorificentia noſtra, nos nimis honorificans & ditans, multis muneribus decoraſti. Admirabile eſt enim nomẽ tuũ dñe ĩ uniuerſa terra. Quid ẽ eni hõ, qa magnificas eũ: aut apponis erga eũ cor tuũ? Dixiſti eni Veritas antiqua. Delitiæ meæ, eſſe cũ filijs hominũ. Nõne hõ putredo, & filius hominis ꝟmis: Nõne uniuerſa uanitas oĩs homo uiuẽs? & dignũ ducis ſup huiuſcemodi apire oculos tuos, & adducere eũ tecum in iudicium?

De profunda prædeſtinatione, & præſciẽtia Dei. cap. xxviij.

DOce me abyſſus profundiſſima, creatrix Sapiẽtia, quæ libraſti in pondere mõtes, & colles in ſtatera: & molem terræ tribus digitis appendiſti. Suſpende molem corporalitatis huius quã gero, tribus inuiſibilibus digitis tuis ad te; ut uideam & cognoſcam, quam admirabilis es in uniuerſa terra. Lux antiqſſima, quæ lucebas ante omnem lucẽ in mõtibus ſanctis æternitatis antiquæ: cui nuda & apta

erant omnia anteq̃ fierent: Lux quæ odio habes omnem maculam utpote mundiſſima & immaculatiſſima: quæ tibi delitiæ cum homine? quæ conuentio lucis ad tenebras? ubi enim ſunt in homine delitiæ tuæ? ubi præparaſti tibi i me dignũm ſanctuariũ maieſtatis tuæ, ad quod introiens habeas delitias delectationis tuæ? Mundum eni cœnaculum decet te, mũdans uirtus, quæ nõ niſi a mũdis cordibus uideri potes, multomagis nec haberi. In homine autẽ ubi eſt tẽplũ tã mũdum ut te ſuſcipiat, q regis mundũ? qs pôt facere mũdũ d̃ immũdo ↄceptũ ſemie nõne tu q ſolus es mũdus? A b immũdo enim quis mũdabitur? Nam & ſecundum legem, quã dediſti patribus noſtris in igne comburente mortem & in nube tegẽte aquam tenebroſam quicqd tetigerit immundum, immũdum erit. Omnes autem nos quaſi pãnus menſtruatæ de maſſa corrupta & immunda uenientes, maculã immunditiæ noſtre, quam cælare ſaltem tibi, qui omnia uides, nõ poſſumus, in

frótibus portamus. Quare mũdi eſſe nõ poſſumus, niſi tu mundaueris, qui ſolus es mundus. Mundas autẽ de nobis filijs hominum, eos in quibus tibi complacuit habitare: quos inacceſſibilibus profundis ſecretis iudiciorum incõprehẽſibiliũ ſapientiæ tuæ, ſemper iuſtorũ, licet occultorum, ſine eorum meritis prædeſtinaſti ante mũdũ, uocaſti de mũdo iuſtificaſti in mũdo, & magnificas eos poſt mũdũ. Nõ oibus aũt hoc facis: quod admirãtur tabeſcẽtes oẽs ſapiẽtes terre. Et ego dñe hoc conſiderãs, expaueſco, & obſtupeſco de altitudine diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ tuæ, ad quã ego nõ pertingo, & incõprehenſibilia iudicia iuſtitiæ tuæ: quoniã ex eodẽ luto alia quidem facis uaſa in honorẽ, alia uero in contumeliã ſempiternam. Quos igitur tibi eligiſti de multis in templum ſanctũ tuũ, ipſos mũdas, effundẽs ſuper eos aquã mũdam: quorum nomina numerũq; tu noſti, qui ſolus numeras multitudinẽ ſtellarum: & omnibus eis nomina uocas: qui etiã ſcripti ſunt in libro uitæ: qui nequaquã perire poſ-

ſunt qbus oĩa coopanť in bonũ, etiam ipſa peccata. Cũ enim cadũt, nõ colliduntur: qa tu ſupponis manũ tuã, cuſtodiẽs oĩa oſſa eoꝝ, ut unũ ex his nõ ꝯterať. Attamẽ mors peccatoꝝ peſſima: illoꝝ, inq̃, quos, ante q̃ faceres cœlũ & terrã, ſecundũ abyſſum multã iudiciorum tuorũ occultorum, ſemper autẽ iuſtorum, præſciuiſti ad mortem æternam: quorũ dinumeratio nominum & meritorum prauorum apud te eſt, qui numerũ harenæ maris dinumeraſti, & dimẽſus es ꝓfũdũ abyſſi: quos reliquiſti in immũditijs ſuis: quibus omnia cooperantur in malum: & ipſa etiã oratio uertitur in peccatum: ut ſi etiã uſq; ad cœlos aſcẽderint, & inter ſydera cœli collocauerint nidũ ſuum quaſi ſterquilinium in fine perdẽtur.

De illis, qui prius ſunt iuſti, & poſtea impij efficiuntur, & econ uerſo. cap. xxix.

MAgna ſunt hæc iudicia tua domine Deus, iudex iuſte & fortis, qui iudicas æquitatem, & inſcrutabilia facis & profunda: quæ cum

conſidero, contremiſcunt omnia oſſa mea: quoniam nõ ſecuratur homo uiuens ſuper terram: ut ſeruiamus tibi pie & caſte cũctis diebus uitæ noſtræ in timore. & exultemus tibi cũ tremore: ſit nõ ſit ſeruitiũ ſine timore, neq; gaudiũ ſine tremore: & nõ glorietur accinctus niſi ut diſcinctus: neq̃ glorietur ante te oĩs caro: ſed paueſcat & ꝯtremiſcat a facie tua: cũ ignoret homo, utrũ amore an odio dignus ſit: ſed in futurũ oĩa ſeruãtur icerta. Vidimus enim multos domine, & audiuimus a patribus nr̃is (qđ utiq; ſine magno tremore nõ recolo, ſine multo timore nõ ꝯfiteor) aſcendiſſe primitus quodã modo uſq; ad cœlos, & iter ſydera nidum ſuum collocaſſe: poſtmodũ autẽ cecidiſſe uſq; ad abyſſos, & animas eorũ in malis obſtupuiſſe. Vidimus ſtellas de cœlo cecidiſſe, ab impetu ferientis caudæ draconis: & eos qui iacebãt in puluere terræ, a facie ſubleuantis manus tuæ domine mirabiliter aſcendiſſe. Vidimus uiuos morientes, & mortuos a morte reſurgentes: & eos
qui

qui inter filios Dei ambulãt in medio lapidũ ignitorũ, quaſi lutũ ad nihilũ defluxiſſe. Vidimus lucẽ obtenebraſſe & de tenebris lucẽ ꝓceſſiſſe: qa publicani & meretrices præcedũt incolas in regno cœloꝝ: filij aũt regni eijciuntur in tenebras exteriores. Quare aũt iſta oia: niſi qa in montẽ illũ aſcenderunt, in quẽ aſcendit angelus, & deſcẽdit diabolus? Quos autẽ ꝑdeſtinaſti: ipſos & uocaſti, & ſanctificaſti, & mũdaſti: ut dignum habitaculũ ſint tuæ maieſtatis: cũ qbus, & in qbus ſunt tibi delitiæ ſanctæ & mundæ: in qbus tu delectaris: & lætificas iuuentutem eorum: habitãs cum eis in memoria eorum: ut ipſi templũ ſanctũ tuum ſint: quod magne dignitatis, & cõmendatio eſt humanitatis noſtre.

Quod anima fidelis ſit ſanctuariũ Dei. Cap. XXX.

ANima enim, quam creaſti, non de te, ſed per Verbum tuum: non ex qualibet elemẽtorum materia, ſed ex nihilo: quæ quidem rationalis, intellectualis, ſpiritalis, ſemper uiuens, ſem-

per in motu quam ſignaſti lumine uſ
tus tui & ↄſecraſti uirtute lauacri tui:
ita facta ē capax maieſtatis tue ꝙ a te
ſolo,& a nullo alio pōſſit ipleri, qñ au
tē te habet plenū ē deſideriū eius:&
iā nihil aliud qđ deſideret exterius,te
ſtat. Dum autem aliqd exterius deſide
rat:manifeſtū eſt qđ te nō habet inte
rius:quo habito,nihil eſt quod ultra
deſideret. Cū eni ſis ſummū & oē bo
nū:nō habet qđ deſideret amplius ſi
poſſidet te omne bonum. Quod ſi nō
deſiderat omne bonum:reſtat ut deſi=
deret aliquid quod non eſt omne bo=
num:ergo nec ſummū bonum:ergo
nec Deum ſed potius creaturam. Cū
autem creaturam deſiderat continuā
famem habet:quia licet quod deſide=
rat de creaturis adipiſcatur:uacua ta=
men remanet; quia nihil eſt quod eā
impleat niſi tu ad cuius imaginē eſt
creata. imples autem tu eos qui nihil
aliud deſiderant preter te:& facis eos
dignos te ſanctos beatos immacula=
tos & amicos Dei:qui omnia reputāt
ut ſtercora ut lucrifaciant te ſolum.

Hæc eſt enim beatitudo q̃ hoi ꝯtuliſti hic eſt honor, quo eũ inter oẽs creatu ras, & ſup oẽs honorificaſti: ut ſit mi rabile nomẽ tuũ in uniuerſa terra. Ec ce dñe deus meus, ſumme, optime, oĩ potẽtiſſime, inueni locũ, ubi tu habi tes: quia in anima, quã creaſti ad ima ginem & ſimilitudinem tuam: quæ te ſolum quærit, & deſiderat: quia nõ in illa, quæ te nõ quærit, nec deſiderat.

Vbi, & quomodo Deus poſſit inueniri. Cap. xxxj.

EGo erraui ſicut ouis que perierat: quærens te exterius qui es interi us: & multum laboraui querens te ex tra me: & tu habitas in me: ſi tamen ego deſiderem te. Circuiui uicos & plateas ciuitatis huius mũdi quærens & non inueni: quia male querebam foris quod erat intus. Miſi nuncios meos omnes ſenſus exteriores ut que rerem te: & non inueni: quia male querebam. Video enim lux mea de us qui illuminaſti me quia male te ꝑ illos querebam: quia tu es intus: & ta men ipſi ubi intraueris neſcierũt. Nã

oculi dicunt. Si coloratus nõ fuit, per nos non intrauit. Aures dicũt. Si ſonitũ nõ fecit, ꝑ nos nõ trãſiuit. Naſus dicit. Si nõ oluit, ꝑ me nõ uenit. Guſtus dicit. Si nõ ſapuit, per me nõ ĩtroiuit. Tactus etiã addit Si corpulẽtus nõ ẽ nihil me de hac re ĩterroges. Non iſta igitur ſunt Deus meus. Non enim ſpeciem corporis, nõ decus tpis, nõ cãdotem lucis nõ colorẽ, nõ dulcium melodiarum cantus, & quæcũq; dulce ſonantia, non florum & unguentorum uel aromatum odores, non mella, uel manna, guſtui delectabilia, nõ cætera ad tangendum uel amplexãdum amabilia, nec omnia alia ſenſib' his ſubiecta quæro, cum Deum meum quæro. Abſit ut iſta crediderim Deum meũ: quæ etiam a brutalium ſenſibus comprehenduntur. Et tamen, cum Deum meũ quæro, quæro nihilominus quãdam lucem ſuper omnem lucem, quã non capit oculus: quandam uocẽ ſuper omnem uocem, quam non capit auris: quendam odorem ſuper omnẽ odorem, quem non capit naris; quen

dam dulcorẽ ſup̃ oẽm dulcorẽ, quem non capit guſtus: quendã amplexum ſup̃ oẽm amplexũ, quẽ nõ capit tact'. Iſta lux quidẽ fulget, ubi locus nõ capit: iſta uox ſonat, ubi ſpiritus nõ rapit: odor iſte redolet, ubi flatus ñ ſpargit: ſapor iſte ſapit, ubi nõ eſt edacitas amplexus iſte tangitur ubi nõ diuellitur. Hic eſt Deus meus: & nõ æſtimabitur alius ad illũ. Hoc quæro, cũ Deũ meũ quæro. Iſtud amo, cũ Deum meũ amo. Sero te amaui pulchritudo tam antiqua, & tã noua, ſero te amaui: & tu intus eras, & ego foris: & ibi te quærebã: & in iſta formoſa, quæ feciſti, deformis irruebã. Mecũ eras, & tecũ nõ eram. Ea me tenebant longe a te, quæ eſſe non poterant niſi in te. Circuibam enim omnia, quærens te, & propter omnia derelinquens me. Interrogaui terram ſi eſſet Deus meus: & dixit mihi ꝙ nõ: & omnia, quæ in ea ſunt hoc idem ↄfeſſa ſunt. Interrogaui maria, & abyſſos, & reptilia, quæ in eis ſunt; & reſponderũt. Nõ ſumus Deus tuus quære ſuper nos. Interrogaui flabilẽ

aerē: & inqt uniuerſus aer cū oībus in colis ſuis. Fallit Anaximenes: nō ſum ego Deus tuus. Interrogaui cœlū, Solē Lunam, & ſtellas. Neq; nos ſumus Deus tuus, inquiūt. Et dixi oībus his, q circūſtant fores carnis meæ. Dicite mihi de Deo meo, q; uos noſcitis: dici te mihi aliqd de illo. Et exclamauerūt oēs uoce grandi. Ipſe fecit nos. Interrogaui mūdi molē. dic mihi, ſi es Deꝰ meus an nō? Et reſpondit uoce forti. Non ſum, inqt, ego: ſed p ip ſum ſum ego, quē quæris in me: ip ſe fecit me: ſup me qre, eū qui regit me: qui fecit te. Interrogatio creaturarū, profunda eſt conſideratio ipſarū: reſponſio, atteſtatio ipſarum de Deo: quoniā omnia clamant. Deus nos fecit. Quoniā, ut ait Apoſtolus, iuiſibilia Dei p ea quæ facta ſunt, a creatura mūdi intellecta conſpiciūtur. Et redii ad me: & intraui in me & aio ad me. Tu quis es? Et reſpondi mihi. Homo rationalis, & mortalis. Et īcœpi diſcutere, qd hoc eſſet: & dixi. Vnde hoc tale animal domine Deus meus? Vnde, niſi abs te?

Tu feciſti me, & nõ ego ipſe me. quis tu? tu ꝑ quẽ uiuo ego: tu, ꝑ quẽ uiuũt oĩa. Quis tu? Tu dñe Deus meus ꝟus & ſolus, oĩpotẽs, & æternus, & icõprehẽſibilis, & imẽſus, qui ſemꝑ uiuis: & nihil morit̃ in te: imortalis eni es, habitãs æternitatẽ: mirabilis oculis angeloꝝ, inenarrabilis, iꝑſcrutabilis, & innominabilis: Deus uiuus & uerus: terribilis, & fortis: neſciens principiũ neq; finẽ: principiũ oĩum atq; finis: q es ante primordia ſeculorum, & ante omnes ſeculorũ origines. Tu es deus meus, & dominus oĩum bonorũ, quæ creaſti: & apud te omniũ ſtabiliũ ſtãt cauſæ: & omnium mutabilium apud te imutabiles ſtãt, & manẽt origines: & omnium rationabiliũ, & irrationabilium, atq; temporaliũ ſempiternæ uiuunt rationes. Dic mihi ſupplici ſeruo tuo Deus meus, dic mihi miſericors miſero tuo, dic quæſo ꝑ miſeratiões tuas: unde hoc tale aĩal, niſi abs te? An qſquã ſeſe faciendi erit artifex? an aliũde q̃ a te trahit eẽ, & uiuere? Nõne tu es ſũmũ eẽ, a quo ẽ oẽ eẽ? quic-

quid enī eſt, a te ē: qa ſine te nihil eſt. Nonne tu es fons uitæ, a quo fluit oīs uita? Quicqđ enī uiuit, p̄ te uiuit: qa ſine te nihil uiuit. Tu ergo dn̄e feciſti me. Quæro, quis fecit me? tu dn̄e feciſti me: ſine quo factū eſt nihil. Tu factor meus: ego opus tuum. Gratias tibi ago dn̄e Deus meus: p̄ quem uiuo ego: & per quē oīa uiuunt: qm̄ feciſti me. Gratias tibi plaſmator meus: quia manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me. Gratias tibi lux mea: quoniā illuminaſti me: & īueni te & me. Vbi inueni me, ibi cognoui me: ubi īueni te, ibi cognoui te: ubi autem cognoui te, ibi illuminaſti me. Gratias tibi lux mea: quoniam illuminaſti me. Quid eſt, quod dixi: cognoui te? Nōne tu es Deus incōprehēſibilis & immenſus, rex regum, & dominus dominātium, qui ſolus habes immortalitatē: & lucem habitas īacceſſibilem: quem nullus hominum uidit, ſed nec uidere poteſt? Nonne tu es Deus abſcōditus, & imperſcrutabilis maieſtatis, ſolus tui ipſius maxim' cognitor, & mirabilis

ꝯtemplator? Quis enī cognouit qđ nunq̃ uidit? Dixiſti enim in ueritate tua. Nō uidebit me hō, & uiuet. Dixit & preco tuus ꝑ ueritatē tuā. Deū nemo uidit unq̃. quis ergo cognouit ꝙ nunq̃ uidit? Dixit etiā ueritas tua. Nemo uidit Filiū, niſi Pater: neq; patrem q̃s nouit niſi Filius. Sola Trinitas tua ſoli ſibi ītegre nota eſt, quæ exuperat oēm ſenſum. Quid eſt ergo, qđ dixi hō uanitati ſimilis, q̃a cognoui te? q̃s enī cognouit te, niſi tu te? Tu quippe ſolus Deus, oīpotēs, ſuꝑlaudabilis, & ſuꝑglorioſus, & ſuꝑexaltatus, & altiſſimus, & ſupereſſentialis in ſanctiſſimis & diuiniſſimis eloq̃s noīaris: qm̄ ſuꝑ oēm eſſentiā intelligibilē, ſiue intellectualē, atq; ſenſibilē, & ſuper oē nomen quod nominatur, non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro: ſupereſſentialiter & ſuꝑintelligibiliter eſſe dignoſceris: quoniam ſupereſſentiali & occulta diuinitate ſuper omnē rationē, intellectum, & eſſentiam, inacceſſibiliter & imperſcrutabiliter habitas iu teipſo: ubi lux inacceſſibilis, &

lumen imperſcrutabile & incõprehẽſibile & inenarrabile: ad quod nõ attingit aliqđ lumẽ: qm̃ incõtẽplabile & inuiſibile & ſuperrationale & ſup intelligibile & ſuperinacceſſibile & ſuper incõmutabile credit: qđ nullus unq̃ angeloꝝ uel hoĩum uidit ſed nec uidere potſte. Hoc ẽ cœlum tuũ dñe: cœlum celans ſuparcanum ſupintelligibile ſuprrationale & ſupeſſentiale lumẽ, de quo dicit. Cœlum cœli dño: Cœlum cœli: cui terra eſt omne cœlũ quia ſupermirabiliter exaltatum eſt ſuper oẽ cœlũ. Ad quod terra eſt, etiã ipſum cœlũ empyreũ: hoc eſt. n. cœlũ cœli dño: qa nulli notũ, niſi domino. Ad quod nemo aſcẽdit, niſi q de cœlo deſcẽdit: qa Nemo nouit Patrẽ, niſi Filius, & eorũ Spiritus: & nemo nouit Filiũ, niſi Pater, & eorũ Spiritus. Soli quidẽ tibi Trinitas itegre nota es: Trinitas ſancta, Trinitas ſupmirabilis, & ſupinenarrabilis, & ſupinſcrutabilis & ſuperinacceſſibilis, ſupincõprehẽſibilis, ſuperintelligibilis ſupereſſentialis, ſupereſſentialiter exuperans oẽm

ſenſum oẽm rationẽ,oẽm intellectũ, omnẽ intelligentiã,omnẽ eſſentiã ſu-percœleſtium animorũ:quã neq; dicere,neq; cogitare,neq; intelligere,neq; cognoſcere poſſibile eſt,etiam oculis angelorũ. Vnde ergo cognoui te domine deus altiſſime ſuper oẽm terrã, ſuper omne celũ:quẽ neq; Cherubin pfecte cognoſcũt,neq; Seraphim:ſed alis contẽplationũ ſuarum uelatur facies ſedẽtis ſuper ſolium excelſum, & eleuatum:clamãtia & dicentia. Sãctus ſanctus,ſanctus,dñs deus exercituũ: plena eſt oĩs terra gloria tua. Expauit ꝓpheta, & dixit. Væ mihi:qa tacui:qa uir pollutus labiis ego ſum. Et expauit cor meum:& dixit. Væ mihi:quia nõ tacui:qa uir pollutus ego ſũ:ſed dixi:cognoui te. Verũtamẽ dñe,uæ tacẽtibus de te:qm̃ loquaces muti fiunt ſine te. Et ego dñe Deus meus nõ tacebo:qm̃ feciſti me:& illuminaſti me & inueni me:& cognoui te quoniã illuminaſti me. Sed qualiter cognoui te? Cognoui te in te. Cognoui te, non ſicut tibi es;ſed cognoui te, ſicut mi-

hi es, & non ſine te: ſed in te: qa tu es lux, quæ illuminaſti me. Sicut eni tibi es, ſoli tibi cognitus es: ſicut mihi es, ſcd'm grãm tuã & mihi cognitus es. Sed qd mihi es? Dic mihi miſericors famulo tuo miſero, dic mihi p miſerationes tuas, qd mihi es? Dic aĩæ meę ſalus tua ego ſum. noli abſcondere a me faciẽ tuam, ne moriar. Sine me lo q apud miſericordiam tuã, me terram & cinerem: ſine me loqui apud miſeri cordiam tuã: qm̃ miſericordia tua ma gna eſt ſup me. loquar ad Deũ meum cũ ſim puluis & cinis: Dic mihi ſup plici tuo: dic mihi miſericors miſero tuo: dic mihi p miſerationes tuas: qd mihi es? Et intonaſti deſup uoce gran di in interiorem aurem cordis mei: & rupiſti ſurditatem meã: & audiui uo cem tuam: & illuminaſti cæcitatem meã: & uidi lucẽ tuã: & cognoui quo niã Deus meus es tu. propterea dixi, ꝙ cognoui te. cognoui enim te: quo niã Deus meus es tu. Cognoui te ſolũ uerũ Deum, & quem miſiſti IESVM CHRISTVM. Erat tempus, quando

non cognoſcebam te. Væ tēpori illi, quando non cognoſcebam te: uæ cecitati illi, quādo nō uidebam te: uæ ſurditati illi, quando non audiebā te, Cæcus, & ſurdus, per formoſa quæ feciſti deformis irruebam: & mecum eras, & tecum non eram: & ea me tenebant longe a te: quæ non eſſent, niſi eſſent in te. Illuminaſti me lux mundi: & uidi te, & amaui te. nemo q̄ppe te amat, niſi qui te uidet: & nemo te uidet, niſi q̄ te amat. Sero te amaui pulchritudo tā antiqua, & tam noua, ſero te amaui uæ tp̄i illi, quādo non amaui te.

Confeſſio ueræ fidei.

Cap. XXXII.

GRatias tibi ago lux mea, q̄ illuminaſti me: & cognoui te. Qualiter cognoui te? Cognoui te ſolum Deum uiuū & uerū, creatorē meū. Cognoui te creatorē cœli & terræ, uiſibiliū omniū & inuiſibiliū, Deū uerum, omnipotentē, imortalem & inuiſibilē, incircūſcriptibilē, iterminabilē, aternū, inacceſſibilem, incomprehenſibilem, imperſcrutabilē, incōmutabilē, immen-

ſum, infinitũ, principium oium uiſibilium & inuiſibiliũ creaturaꝝ, ꝑ quem oia facta ſũt. ꝑ quẽ cũcta ſubſiſtũt elementa: cuius maieſtas ſicut principiũ nũq̃ habuit, ſic nec deſinet in æternũ. Cognoui te unũ ſolũ ueꝝ Deũ æternũ patrẽ, & filiũ & Spiritũ ſanctũ, tres q̃dẽ Perſonas, ſed unã eſſentiã oino ſimplicẽ idiuiſãq; naturã: & patrẽ a nullo, filiũ a patre ſolo, & Spiritũ ſanctum pariter ab utroq;: abſq; initio, ſemꝑ, ſine fine, Deũ trinũ & unũ, ſolũ & uerũ Deũ oipotentẽ, unũ uniuerſoꝝ prĩcipiũ, creatorẽ oium uiſibilium & iuiſibilium, ſpiritualiũ, & temporalium: qui tua omnipotenti uirtute ſimul ab initio temporis utrãq; de nihilo cõdidiſti creaturam, ſpiritualem & corporalem: angelicam uidelicet, & mundanam: ac deinde humanam quaſi communem ex corpore & ſpiritu cõſtitutã. Cognoui te, & cõfiteor te Deũ Patrem ingenitum te Filiũ a Patre genitum, te ſpiritum ſanctum paracletum neq; genitũ neq; ingenitũ, ſanctã & indiuiduã Trinitatem, in tribus coæ

qualibus perſonis ꝯſubſtantialibus & coeternis. Trinitatē ĩ unitate & unitatē in Trinitate: corde credens ad iuſtitiā & ore ꝯfitēs ad ſalutē. Cognoui te uerū Deū & dñm nr̃m Ieſum Xp̃m filiū Dei unigenitum creatorem ſaluatorē & redemptorem meum & totius generis humani: quem confiteor ex Patre genitū ante ſecula Deum de Deo lumen de lumine Deum uerū de Deo uero non factum ſed genitū conſubſtantialem & coeternum Patri & Spiritui ſancto: per quem omnia facta ſunt a principio: firmiter credēs & ueraciter confitens te Deū unigenitum Ieſum Chriſtum propter ſalutem hominum a tota Trinitate comuniter incarnatum, & ex Maria ꝑpetua uirgine Spiritus ſancti coopatione ꝯceptum: uerū hominē factū ex anima ratiõali & humana carne ſubſiſtente. Qui cū ſecūdū diuinitatē unigenitus Dei impaſſibilis ſis pariter & imortalis: propter nimiā dilectionē tuā qua dilexiſti nos idē ipſe Dei Fili' ſecūdū humanitatem factus es paſſibilis & mor-

talis. Qui ꝑpter ſalutẽ humani gñis unice Fili Dei, in ligno crucis pati dignatus es paſſionem & mortem, ut nos a morte perpetua liberares: atque ad iferos, ubi ſedebant in tenebris patres noſtri, author luminis deſcendiſti & die tertia glorioſus uictor ab inferis ad ſupos reſurrexiſti: reſumens ſacrúm corpus, quod pro peccatis noſtris mortuum iacuerat in ſepulchro: & uiuificans ſecundum ſcripturas die tertia, ut ipſum in patris dextra collocares. Aſſumpta nanq; tecum ex inferis captiuitate, quã captiuauerat antiquus hoſtis, humani gñis inimicus: uerus Dei Filius cũ noſtræ carnis ſubſtantia. i. cum anima & carne humana ex Virgie glorioſa aſſumpta, ſup oẽs cœlos aſcẽdiſti, trãſcẽdẽs oẽs ordines angelorum: ubi ſedes ad dexterã Dei pris: ubi ẽ fõs uitæ, & lumẽ iacceſſibile, & pax dñi, quæ exuperat oẽm ſenſum. bi te Deũ uer & hoiem Ieſum Chriſtum adoramus, & credimus: cõfitentes te Patrem habere Deum. Inde q; te uenturũ iudicem in fine ſeculi

expectamus

expectamus: ut iudices uiuos & mor-
tuos: & reddas omnibus, bonis, & ma-
lis ſecūdū opa ſua, quæ opati ſunt in
hac uita, uel præmiū uel ſuppliciū, ꝑ
ut qſq; dignus fuerit rege, uel erūna.
Reſurgent eni in illa die a uoce uirtu-
tis tue oēs homines, quotquot huma
nā animā accepunt, in carne ſua, quā
hic habuerūt: ut totus homo pro me-
ritis, uel gloriā ſuſcipiat, uel gehēnā.
Tu es ipa uita, & reſurrectio nra: quē
ſaluatorē expectamus dnm IESVM
CHRISTVM: qui reformabit corpus
humilitatis noſtre, configuratum cor
pori claritatis ſue. Cognoui te Deum
uerum & unum, Spiritū ſanctum Pa-
tris & filii, ab utroq; pariter procedē
tem, conſubſtātialem & coæternū Pa-
tri & Filio, paracletum, & aduocatum
noſtrum: qui ſuper eūdem Deū & do-
minū noſtrū IESVM CHRISTVM
in columbe ſpecie deſcendiſti: & ſup
Apoſtolos i līguis igneis apparuiſti.
Qui & omnes ſanctos & electos Dei,
a principio, tue gratie munere docui-
ſti: & ora ꝓphetarū, ut enarrarēt mira

bilia regni Dei, apuiſti: q ab oĩbus ſan
ctis Dei cũ patre & Filio ſimul adora
ris & gl'ificaris. Inter quos, & ego fi
lius ancillæ tuæ toto corde meo glori
fico no mẽ tuũ: qm̃ illuminaſti me. Tu
enim es uera lux, lumẽ ꝑidicũ, ignis
Dei, & magiſter ſpirituũ: q unctione
tua doces nos omnẽ ueritatẽ ſpiritus
ueritatis: ſine quo impoſſibile eſt pla
cere Deo: qm̃ tu ipſe Deus de Deo, &
lux de luce procedẽs a patre luminũ
ineffabiliter & a ſuo Filio domino no
ſtro IESV CHRISTO: qbus ꝯſubſtã
tialis & coæqualis, & coeternus exi-
ſtẽs in unius Trinitatis eſſentia ſuper
eſſentialiter conglorìaris & ꝯregnas.
Cognoui te unũ Deũ uiuũ & uerum
patrẽ & Filiũ & Spiritũ ſanctũ trinũ
quidem in perſonis ſed unum in eſſen
tia: quem cõfiteor adoro & glorifico
toto corde meo uerum Deũ ſolũ ſan
ctum immortalem inuiſibilem incõ
mutabilem inacceſſibilem imperſcru
tabilẽ unum lumẽ unum Solem unũ
panem unam uitam unum bonum
unum principium unum finẽ unum

creatorem cœli & terræ: p̄ quem oĩa uiuunt: p̄ quē oĩa ſubſiſtunt: p̄ quem oĩa gubernãtur: regũtur, & uiuificantur, quæ ĩ cœlis ſũt, & quæ in terris, & quæ ſub terra: præter quē nõ eſt Deus in cœlo & in terra. Sic cognoui te domine Deus, cognitor meus: ſic cognoui te. Cognoui te p̄ fidē tuã, q̃ inſpiraſti mihi, lux mea, lumē oculoꝶ meoꝶ, domine Deus meus, ſpes oĩum finiũ terræ, gaudium lætificans iuuentutem meam, & bonum ſuſtētans ſenectutē meam. In te enim domine iubilant omnia oſſa mea, dicentia. Domine, quis ſimilis tibi? Quis ſimilis tibi in dijs domine? non quem fecit manus hominum: ſed q̃ feciſti manus hominum. Simulachra gētium argētum & aurũ, opera manuũ hoĩum: nõ ſic op̄ator hoĩum. Oēs dij gētium dæmonia: dn̄s aũt cœlos fecit: dominus ipſe eſt Deus. Dij, q nõ fecerunt cœlũ & terrã, peãt de cœlo & terra: Deũ uero, q creauit cœlũ & terrã, cœli & terra bn̄dicãt.

Gratiarũ actio pro cœleſti cordis illuminatiõe. cap. xxxiij.

QVis ſimilis tibi etiã in dijs dñe qs ſimilis tibi, magnificus i ſã ctitate, terribilis atq; laudabilis & faciens mirabilia? Sero te cognoui lumẽ uerũ, ſero te cognoui. erat autẽ nubes magna & tenebroſa ante oculos uanitatis meæ: ita ut uiderẽ nõ poſſem Solẽ iuſtitiæ, & lumẽ ueritatis: Inuoluebar in tenebris filius tenebrarũ: tenebras meas amabã: q̃a lumẽ nõ cognoſcebã. Cæcus erã: & cæcitatẽ amabã: & ad tenebras p tenebras ambulabam. Quis inde me eduxit, ubi eram homo cæcus, ſedens in tenebris, & umbra mortis? Quis accepit manum meã, ut inde me educeret? Quis ẽ ille illuminator meus? Non enim eum quærebam, & ipſe quæſiuit me: non uocabam eum, & ipſe uocauit me. Quis eſt ille? Tu es dñe Deus meus, miſericors & miſerator, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis: tu ſancte domine Deus meus: quem confiteor toto corde meo, gratias agens nomini tuo. Non te quærebam, tu me quæſiuiſti: non te inuo-

cabam, tu me uocaſti. Vocaſti enim me nomine tuo. Intonaſti deſuper uoce grādi in interiorē aurē cordis mei. Fiat lux. & facta eſt lux: & diſceſſit nubes magna: & liquefacta ē nubes tenebroſa, quæ operuerat oculos meos: & uidi lucē tuā: & cognoui uocē tuā: & dixi. Vere domine, tu es Deus meus, q eduxiſti me de tenebris & ūbra mortis, & uocaſti me in admirabile lumē tuū: & ecce uideo: (gratias tibi illuminator meus) & ꝯuerſus ſū: & uidi tenebras, in qbus fuerā: & abyſſum tenebroſam, in qua iacuerā; & cōtremui, & expaui: & dixi. Væ uæ tenebris meis in quibus iacui. Vę uę cæcitati illi, in qua uiderī nō poterā lumē cœli: Vę uæ præteritæ ignorātiæ meæ, qñ ñ cognoſcebā te domine. Gratias tibi ago illumiator & liberātor meus: quoniā illuminaſti me, & cognoui te. Sero cognoui te Veritas antiqua, ſero te cognoui Veritas æterna. Tu eras ī lumine, & ego ī tenebris: & ñ cognoſcebā te, quia illuminari non poteram ſine te: & non eſt lux extra te.

Conſideratio diuinæ maie-
ſtatis. cap. xxxiiij.

SAncte ſanctorum Deus inæſtima-
bilis maieſtatis, Deus deorum, & dominus dominorum, mirabilis, ine-
narrabilis, incogitabilis, inæſtimabi-
lis, quem contremiſcũt in cœlo Ange
licæ poteſtates: quem adorant omnes
Dominationes, & Throni, & oẽs Vir-
tutes pauent a cõſpectu tuo: cuius po
tentiæ & ſapientiæ nõ eſt numerus: q
fundaſti mũdum ſup nihilum: & ma
re colligaſti in aere quaſi i utre: omni
potentiſſime, ſanctiſſime, fortiſſime,
Deus ſpirituum uniuerſæ carnis, a cu
jus cõſpectu fugit cælum & terra: ad
cuius nutum omnia ſe ſubijciuut ele-
menta: te adorent, & glorificent oẽs
creaturæ tuæ. Et ego filius ãcillæ tuæ
per fidem tuam flecto ceruicem cor-
dis mei ſub pedibus maieſtatis tuæ,
gratias agẽs, quoniam dignatus es p
tuam miſecordiam illuminare me.
Lumen uerum, lumen ſanctum, lumẽ
delectabile, lumen admirabile, quod
luminat omnem hominem uenien-

tem in hunc mūdū, & etiā oculos angeloꝝ ecce uideo: gratias ago: ecce uideo lumē cœli: & interlucet oculis mētis meæ radius deſuꝑ a facie luminis tui: & lætificat oīa oſſa mea. O ſi ꝑficeret ī me. Auge quæſo luminis author auge quæſo qđ interlucet in me. Dilatetur obſecro, dilatet̃ ex te. Quid ē hoc qđ ſentio? qs eſt ignis, q calefacit cor meū? quæ eſt lux, quæ irradiat cor meum? O ignis, qui ſemper ardes, & nunquam extingueris: accēde me. O lux, quæ ſemp luces, & nunquam obfuſcaris: illumina me. O utinam arderem ex te, ignis ſancte, quam dulciter ardes: quam ſecrete luces: quam deſiderāter aduris. Væ his, qui nō ardēt ex te: uæ illis, qui non illuminatur ex te. O lumē ueridicū, illuminans oēm mūdum, cuius lux implet mundum. Væ cæcis oculis, qui te non uident. Sol illuminans cœlum & terram: uæ caligantibus oculis, qui te uidere non poſſunt: Væ auertentibus oculos, ut non uideant ueritatem: Væ nō auertentibus, ut nō uideant uanitatē. Ne-

queunt enim oculi aſſueti tenebris, ſummæ Veritatis radios intueri. nec ſciũt de lumine aliquid æſtimare, quorum eſt in tenebris habitatio. Tenebras uident: tenebras diligunt: tenebras approbãt: de tenebris euntes in tenebras, neſciunt ubi corruant. Miſeri, q neſciũt qd amittant: & miſeriores utiq;, q ſciũt qd amittũt: q cadũt apertis oculis: & deſcẽdũt in infernũ uiuẽtes. O Lux beatiſſima, q̃ nõ niſi a purgatiſſimis oculis uideri potes. Beati mũdo corde: qm̃ ipſi Deũ uidebũt. Mũda me mũdans uirtus: ſana oculos meos, ut ſanis oculis te ꝯtẽpler: quem nõ niſi ſani oculi intuentur. Aufer quæſo ſquamas caliginis antiquæ radio tuæ illuminatiõis, ſplẽdor iacceſſibilis: ut te uidere ualeam irreuerberatis obtutibus: & in lumine tuo uideam lumen. Gratias tibi ago Lux mea. Ecce uideo. Dilatetur obſecro uiſus meus domĩe ex te. Reuela oculos meos, ut conſiderem mirabilia de lege tua: qui es mirabilis ĩ ſanctis tuis. Gratias tibi ago lumẽ meũ. Ecce uideo: ſed ꝑ ſpe

culũ in ænigmate. ſed qñ facie ad faci=
em? qñ ueniet dies lætitiæ & exultatio
nis, in qua ingrediar in locũ taberna=
culi admirabilis, uſq; ad domum dei:
ut uideam uidentem me facie ad faci=
em: & ſatietur deſiderium meum?

De deſiderio, & ſiti animæ in
Deum. cap. XXXV.

QVemadmodũ deſiderat ceruus
ad fontes aquarũ: ita deſiderat
aĩa mea ad te Deus. Sitiuit aĩa
mea ad te Deum fontem uiuum. quã
do ueniam, & apparebo ante faciem
tuam? O fons uitæ, uena aquarum ui
uẽtium, quãdo ueniam ad aquas dul
cedinis tuæ, de terra deſerta inuia, &
inaquoſa: ut uideã uirtutẽ tuã, & glo
riã tuã: & ſatiem ex aqs miſericordiæ
tuæ ſitim meam? Sitio domine, fons
uitæ, ſatia me? Sitio dñe: ſitio te Deũ
uiuum. O quando ueniam, & appare
bo domine ante faciem tuam? Putas
ne uidebo diem illam, diem inquam,
iucũditatis & lætitiæ, diem, quam fe
cit dominus, ut exultemus et lætemur
in ea? O dies pclara, pulchra, neſciens

ueſpe⁊ nō habēs occaſum: in qua au-
diā uocē laudis uocē exultationis &
ꝯfeſſiōis: in qua audiā. Intra i gaudiū
domini tui: intra in gaudiū ſempiter-
nū in domū domini Dei tui: ubi ſunt
magna & iſcrutabilia & mirabilia quo-
rū nō eſt numerus: intra in gaudiū ſi-
ne triſtitia: qđ ꝯtinent eternā letitiā:
ubi erit omne bonum: & non erit ali-
qđ malum: ubi erit quicquid uoles:
& nō erit quicquid noles: ubi erit ui-
ta uitalis, dulcis & amabilis, ſempq;
memorabilis: ubi nō erit hoſtis impu-
gnans: nec ulla illecebra: ſed ſumma
& certa ſecuritas, ſecura tranquillitas
& tranquilla iucunditas, iucunda feli-
citas, felix æternitas, æterna btitudo,
& beata Trinitas, & Trinitatis Vni-
tas, & unitatis Deitas, & Deitatis bea-
ta uiſio: quæ eſt gaudium domini dei
tui. O gaudium ſuper omne gaudiū,
gaudium uincens omne gaudium, ex-
tra quod non eſt gaudium quando in-
trabo in te: ut uideam Deum meum,
qui habitat in te? Ibo, & uidebo uiſio-
nem hanc grandem. Quid eſt, quod

me detinent? Heu me: q̃a icolatus me‑
us prolõgatus eſt. Heu me; q̃diu dice‑
tur mihi: Vbi eſt Deus tuus? Quãdiu
dicet mihi; expecta, reexpecta? Et nũc
quæ eſt expectatio mea? nõne tu domi‑
ne deus meus? Saluatorẽ expectamus
dominũ nr̃m IESVM CHRISTVM:
q reformabit corpus ĩhumilitatis no‑
ſtræ, configuratum corpori claritatis
ſuæ. Expectamus dominum, quando
reuertatur a nuptijs: ut inducat nos
ad ſuas uuptias. Veni domine: & no
li tardare. Venit domiue IESV CHRI
STE, ueni uiſitare nos in pace: ueni,
& educ uinctos de carcere: ut latemur
coram te corde perfecto: Veni ſalua‑
tor noſter: ueni deſideratus cunctis
gentibus: oſtende faciem tuam, & ſal‑
ui erimus: ueni lux mea, redemptor
meus: educ de carcer̃ animam meam
ad confitendum nomini ſancto tuo.
Quãdiu miſer iactabor fluctib⁹ mor
talitatis meæ, clamans ad te domi‑
ne, & non exaudis? Audi clamantem
domine de hoc mari magno: & ad
huc me ad portum, felicitatis æter‑

næ. Felices, qui de periculo maris hu-
ius educti, ad te Deum portum tutiſſi-
mum peruenire meruere. O uere feli-
ces, q de pelago ad littus, de exilio ad
patriã, de carcere ad palatiũ ꝑuenerũt
optata iã ꝗete beati: q brauiũ illud per
petuæ gloriæ, qđ hic ꝑ multas tribu-
lationes quæſierunt, iã felici iucũdita
te adepti, lætant in ꝑpetuũ. O uere btĩ
o ter ꝗterq̃ beati, q iã oĩm maloꝝ onerĩ
exuti, ſecuri de ſua imarceſſibili gr̃ia,
ad regnũ decoris ꝑuenire meruerũt.
O æternũ regnũ, regnũ oium ſeculoꝝ
ubi lumẽ ideficiẽs, &, pax Dei, q̃ exuꝑ
at oẽm ſenſũ: i quo ſanctoꝝ animæ re-
qeſcunt: & lætitia ſempiterna ſuper
capita eorum: gaudium & exultatio-
nem obtinebũt: & fugiet dolor, & ge
mitus. O quam glorioſum eſt regnũ,
in quo tecum domine regnant omnes
ſancti, amicti lumine ſicut ueſtimen-
to: habentes in capite ſuo coronam de
lapide precioſo. O regnum beatitudi-
nis ſempiternæ, ubi tu domine ſpes
ſanctorum, & diadema gloriæ, facie
ad faciem uideris a ſanctis, lætificans

eos undique in pace tua, quæ exupe‑rat omnem ſenſum. Ibi gaudium infi‑nitum, lætitia ſine triſtitia, ſalus ſine dolore, uia ſine labore, lux ſine tene‑bris, uita ſine morte, omne bonum ſi‑ne oī malo: ubi iuuētus nunq̄ ſeneſcit ubi uita terminū neſcit: ubi decor nun‑quā palleſcit: ubi amor nunq̄ tepeſcit ubi ſanitas nūq̄ marceſcit: ubi gaudi um nunq̄ decreſcit: ubi dolor nunquā ſentitur: ubi gemitus nunq̄ audit: ubi triſte nihil uidet: ubi lætitia ſemꝑ ha‑betur: ubi malum nullum timetur: quoniam ibi ſummum bonum poſſi‑detur: quod eſt uidere ſemper faciem domini uirtutum. Felices igitur, q̄ de naufraga uita præſenti ad tanta gau‑dia iam peruenire meruerunt. Infeli‑ces (heu) nos, & miſeri, q̄ ꝑ huius ma‑ris magni fluctus, ꝓcelloſaſq̄; uoragi‑nes nauē trahimus: ignorantes, an ad portum ſalutis peruenire ualeamus. Infelices, inquam, quorum uita eſt in exilio, uia in periculo, finis in dubio: neſciētes finem noſtrum: quia omnia in futurum reſeruantur incerta. Ad‑

huc in pelagi fluctibus uerſamur, ſu ſpirantes ad te, portũ maris. O patria nr̃a, patria ſecura, a lõge te uidemus. Ab hoc mari te ſalutamus: ab hac ualle ad te ſuſpiramus: & nitimur cũ lachrymis, ſiquo mõ ad te pueniamus. Spes humãi generis CHRISTE, Deus de Deo, refugiũ nr̃m & uirtus, cuius lumẽ a lõge inter caliginoſas nebulas ſup maris pcellas, quaſi ſtellæ maris radius oculos nr̃os irradiat, ut dirigamur ad te portũ: guberna domine nauẽ noſtram tua dextera, clauo crucis tuæ, ne peamus in fluctibus: ne nos demergat tempeſtas aquæ: ne abſorbeat nos pfundũ: ſed uncio crucis tuæ trahæ nos ab hoc pelago ad te, ſolamen unicũ noſtrũ: quẽ a lõge quaſi ſtellã matutinã, & Solẽ iuſtitiæ, uix lachrymantibus oculis in littore cæleſtis patriæ nos expectantem uidemus. En ad te clamamus redempti tui, ſed & nũc exules tui, quos pcioſo ſanguine tuo redemiſti. Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, ſpes oium finium terræ, ꝫ in mari longe. In mari t rbulento uerſa

mur: tu in littore ſtans aſpícis pericu la noſtra: ſaluos nos fac ꝓpter nomē tuū. Da nobis dñe inter Scyllā & Cha ribdim ita tendere ꝑ mediū ut utroqꝫ periculo euitato ſalua naue & merci bus ſecuri perueniamus ad portum.

De gloria cœleſtis patriæ. cap. xxxvi.

CVm ergo peruenerimus ad te ſa pientie fontem ad te lumen in deficiēs ad te lucē inextinguibilē: ut te nō iā ꝑ ſpeculū in enigmate, ſed fa cie ad faciē uideamus: tunc ſatiabitur in bonis deſideriū nr̄m: qa nihil erit exterius qđ deſideret niſi tu dñe, ſum mū bonū: q̄ eris premiū beatoꝝ & dia dema decoris eorū pacificans eos in tus & extra in pace tua quæ exupat omnem ſenſum. Ibi uidebimus ama bimus & laudabimus. Videbimus in lumine tuo lumē tuum: quoniā apud te eſt fons uite: & in lumine tuo uide bimus lumen. Quale autem lumen? lumen immenſum: lumen incorpo reum incorruptibile incomprehen ſibile lumen indeficiens lumen in

extinguibile lumen inacceſſibile, lumen increatum, lumen ueridicum, lumen diuinum: quod illuminat oculos angelorum: quod lætificat inuentutem ſanctorum: quod eſt lumē luminū, & fons uitæ: quod es tu, domine Deus meus. Tu es quippe lumē, ī cuius lumine uidebimus lumē: te ſcilicet in te: ī ſplēdore uultus tui: quā te uidebimus facie ad faciē. Quid eſt uidere facie ad faciē: niſi quod ait Apoſtolus? Cognoſcere, ſicut & cognitus ſum? Cognoſcere ueritatē tuā, & gloriā tuā, hoc eſt cognoſcere faciē tuā: cognoſcere Patris potētiā, Filij ſapiētiā, Spiritusſancti clemētiā, ipſius ſūmæ Trinitatis unā & indiuiduā eſſentiā. Videre enim faciē dei uiui, hoc ē ſummū bonū, gaudiū angelorum, atque omnium ſanctorum, præmiū uitæ æternæ, gloria ſpirituū, lætitia ſempiterna, corona decoris, brauiū felicitatis, reges opulenta, pulchritudo pacis, intimū & extremū gaudiū, paradiſus Dei, Hieruſalē cœleſtis, uita beata plenitudo beatitudinis, gaudiū æternitatis, pax Dei, quæ exuperat omnē ſenſum.

ſenſum. Hac eſt plena beatitudo, & tota glorificatio hoīs: uidere faciē Dei ſui: uidere eū, q fecit celū & terrā: uidere eū, q fecit eū, qui ſaluauit eū & glorificauit eū. Videbit eū cognoſcendo: amabit diligēdo: laudabit poſſidendo. Ipſe eni erit hrditas ppl'i ſui ppl'i ſanctoꝝ quē redemit. Ipſe poſſeſſio felicitatis eoꝝ: ipſe præmium & merces expectationis. Ero, inquit, merces tua magna nimis. Magnum enim magna decent. Vere domine Deus meus, magnus es tu nimis ſuper omnes deos: & merces tua magna nimis. Neq; enī magnus es tu, & parua merces tua: quoniam nō aliud es tu, & aliud merces tua: ſed tu ipſe magnus nimis: tu ipſe merces magna nimis: tu ipſe coronator es & corona: tu ipſe promiſſor es, & promiſſio: tu remunerator, & munus: tu præmiator, & præmium felicitatis æternæ. Tu ergo coronator es, & corona Deus meus, & diadema ſpei meæ, quæ ornata eſt gloria: lumē lætificans, lux renouans, decor adornans, ſpes mea magna, deſideriū cor-

dis ſanctoꝝ, & deſideratus eoꝝ. Viſio ergo tui tota merces ē, totũ pmiũ, & totũ gaudiũ, ꝙ expectamus. Hæc eſt eni uita æterna; hæc ē, inq̃ ſapiētia tua hæc eſt uita æterna ut cognoſcamus te ſolũ ueꝝ deũ & quē miſiſti Ieſum Xp̄m. Cũ igit́ uidebimus te ſolũ Deũ Deũ uerũ, Deũ uiuũ oīpotētē ſimplicē iuiſibilē icírcũſcriptibilē incóprehēſibilē, & filiũ tuũ unigenitũ, ꝯſubſtãtialē & coæternũ tibi dñm nr̄m Ieſum Chriſtum, quem pro ſalute noſtra miſiſti in mũdũ i uirtute. Spũs Sancti: trinum in perſonis & unũ i eſſentia, Deũ ſanctũ ſolũ, extra quē nõ ē Deus: tunc habebimus, quod nũc quærimus: uitã æternã, gloriã ſempiternã: quã præparaſti diligentibus te: quã abſcõdiſti timētibus te: quã daturus es quærentibus te, quærētibus faciē tuã ſemper. Et tu dñe deus meus formator meus ex utero matris meæ, quæ me recõmēdauit manui tuæ: non me pmittas amplius ex uno diſtrahi i multa: ſed colli ge me de exterioribus ad me, de me ad te; ut dicat tibi ſemp cor meũ. Exq

ſiuit te facies mea: faciem tuā dñe reqrā: faciē dñi uirtutū: i q̄ ſola ꝯſiſtit gl'ia ſempiterna beatoꝝ: q̄ ꝗdē uiderī, uita æterna ē, & gloria ſempiterna ſanctorū. Lætet ergo cor meū, ut timeat nomē tuū: lætet cor q̄rētiū dūm: ſed multo magis cor inueniētiū. Si eni lætitia ē in quærēdo: qualis lætitia erit in iueniēdo? Quærā ergo ſemꝑ ardēter, & indeſinenter faciē tuā: ſi quādo tandē aperiat mihi oſtiū & porta iuſtitiæ, ut intrem in gaudium domini mei. Hæc porta domini: iuſti ingredientur ꝑ eā.

Oratio ad Sāctam Trinitatem. Cap. XXXVII.

O Tres coæquales & coæternæ pſonæ, Deus unus & uerus, Pater & filius & Spiritus ſāctus, q ſolus habitas æternitatē & lucem inacceſſibilē: qui fundaſti terrā in potentia tua: regis orbem terræ prudentia tua: Sanctus, Sāctus, Sāct' dñs deus ſabaoth, terribilis & fortis, iuſt' & miſericors, admirabilis, laudabilis, amabilis, un' De', tres pſonæ una potētia, ſapiētia, bōitas, una & idiuiſa Trinitas, api mi

hi clamãti portas iuſtitiæ: & ingreſſus in eas, ꝯfitebor tibi dño. En ad oſtium tuũ ſũme pr̃familias mendicus pulſo. Iube aperiri pulſãti q̃ dixiſti. Pulſate, & aperietur uobis. Pulſant enĩ ad oſtiũ tuũ Pater miſericordiſſime, deſideria rugiẽtiũ ꝓcordiorum meorum, & clamores lachrymarum oculorum meorum. Ante te ẽ oẽ deſideriũ meũ: & gemitus meus a te nõ eſt abſconditus. Et tu dñe, nõ auertas faciẽ tuã amplius a me; nec declines in ira a ſeruo tuo. Pater miſericordiarum, audi eiulatũ pupilli tui: & porrige manũ tuã, optimã adiutricẽ: ut retrahat me de ꝓfundis aquarum, & de lacu fecis: ne pereã, uidẽte miſericordia oculorum tuorum, aſpiciente clementia ulſcerũ tuorum, ſed euadem ad te dominũ Deũ meum ut uideam diuitias regni tui & intuear faciẽ tuã ſemper & laudem dicam nomini tuo ſancto. Domine, qui facis mirabilia q̃ cor meũ lætũ facis memoria tui q̃ illumĩas iuuẽtutẽ meã ne deſpicias ſenectutẽ meam ſed iubilare facias oſſa mea & reuiuiſcere facias, ut aquilæ canos meos.

ORATIO BEATI CYPRIANI martyris.

HAgios, Hagios, Hagios, Sancte ſanctorũ, Pater patrũ noſtrorum, Deus Abrahã Deus Iſaac, Deus Iacob Deus apoſtolorũ, Deus prophetarũ, deus uirginũ, Deus credẽtiũ, Deus & pater dñi nr̃i Ieſu Xp̃i filij tui, te inuocamus ſupplices pariter & deprecamur, q ex ore altiſſimi procreatus es ante mundi diſpoſitionẽ, & ex Mariæ ſanctæ uirginis utero per myſteriũ æditus: orantibus nobis deſiderium animæ, & integritatẽ cordis p̃ſtare dignare: ut lauacro ſalutari recreatũ pectus a delictis carnalibus icolume perſiſtat. Petimus ſi de illibata mente incorrupta, deuotione robuſta opatione ſeu dilectione cõtinua, ut in Eccleſia ſancta tua nos florere p̃mittas: quoniam tibi flectimus genua & curuamus ceruices: cui angeli & archãgeli, milia miliũ martyrũ, chorus apoſtolorũ, & prophetarũ gloria exultant: cui omnes aues cantant laudes: linguæ confitentur cœleſtium, terreſtrium & infernorũ. Tibi omnes aquæ

in cœlo, & ſub cœlo ꝯſitent: & inſen-
ſibilia ſentiãt: tu es ſolus: & præter te
nemo. Te quæſimus domine Pater oĩ
potẽs, qui ſoli Filio conſpectabilis es
cui angeli & archangeli obtemperãt;
& tibi domine Pater: te oremus, ut tri
buas nobis mentẽ integram, innocen
tiam, ſyncęritatem deuotam, cõſcien-
tiam ſanctam, puram, ſobriam, caſtã,
contra omnes inſidias ſeculi glorioſa
fide degentem: contra diaboli minas,
& carnales illecebras munitũ pectus
concedas: nec uiolenti, & cruenti leta
libus laqueis implicemur: ut ſignum
ſalutis æternæ icolume pferamus. Pel
le a nobis oẽm ſeculi illuiẽ, oẽmq; dia
boli pſuaſionẽ. Laqueet, ꝯcidat, & ſe-
paret a nobis & amoueat, ſicut a Sara
famula tua Aſmodeus dæmon neqſſi-
mus, extinctus p angelũ tuũ ſanctũ ra
phael. Et ſicut Tobiæ affuiſti, ita nobis
adeſſe digneris. Et ut tribus pueris in
camino, & Danieli miſericordiam præ
ſtitiſti: ſic circa nos famulos tuos face
re digneris. qui mortuos ſuſcitaſti: &
cæcos illumiaſti: ſurdis auditum, mu-

tis eloquia, claudis greſſum, leproſis ſanitatē dediſti: ita & da famulis tuis, qui te tota uirtute mētis credimus natum, paſſum, uēturum iudicare uiuos & mortuos. aſſiſte nobis, ſicut apoſtolis in uinculis. Teclæ ī ignibus, Paulo in pſecutionibus, Petro in fluctibus: Qui ſedes ſuper ſeptem thronos ad dexteram patris reſpice nos, & libera nos de æternæ mortis intertiu, unus in uno, Pater in Filio, Filius in Patre, Spiritus ſanctus, per quē, & cum quo eſt tibi in ſancta Eccleſia honor, uirtus, claritas, maieſtas, poteſtas, benedictio, immortalitas, & nūc & in æternū ſemper & in omnia ſecula ſeculoꝝ. Amen.

ORATIO MANASSÆ REgis Iudah in uinculis detẽti, pro peccatorum remiſſione, gratia, & liberatione eius.

DOmine Deus omnipotens patrũ noſtrorum Abraham, Iſaac, & Iacob, qui feciſti cœlum & terram, cum omni ornatu eorum: qui ſignaſti mare uerbo præcepti tui qui concluſiſti abyſſum, & ſignaſti terribili & laudabili noĩe tuo, quod omnes pauent, & tremunt a uultu uirtutis tuæ: & inſuſtentabilis ira ſuper peccatores comminationis tuæ: immenſa uero & inueſtigabilis miſericordia ꝓmiſſionis tuæ: quoniam tu es dominus Deus altiſſimus ſuper omnem terram, longanimis, & multum miſericors, & pœnitens ſuper malitiam hominũ. Tu aũt domine, ſecundum bonitatem tuam promiſiſti pœnitentiã remiſſionẽ peccatorum. Et tu Deus iuſtoꝝ, nõ poſuiſti Pœnitẽtiam iuſtis Abraham, Iſaac & Iacob, ijs qui tibi non peccauerũt. Quoniam peccaui ſuper numerũ are

næ maris: multiplicatæ ſunt iniquita-
tes meæ: incuruatus ſum multo uin-
culo ferri: & non eſt reſpiratio mihi:
quia excitaui iracundiam tuam: & ma
lum coram te feci, inſtituēs abomina-
tiones, & multiplicās offenſiones. Et
nūc flecto genua cordis mei, precans
a te bonitatem domine. Peccaui do-
mine peccaui: & iniquitatem meam
agnoſco. Peto, rogans te domine, re-
mitte mihi, remite mihi. Ne ſimul per
das me cum iniquitatibus meis: neq;
in æternum reſerues mala mihi: quia
indignum ſaluabis me ſecundum ma
gnam miſericordiam tuam: & lauda-
bo te omnibus diebus uitæ meæ. quo
niam te laudat omnis uirtus cœlo-
rum: & tibi eſt gloria in ſecula ſeculo
rum. Amen.

DIVI AV GVSTINI EPISCOPI

Hipponenſis, Manuale de
uerbo Dei, quo ſopita
cœleſtis deſiderij
memoria re
nouet.

Præfatio.

QVoniã in emdio laeq̃o
rũ poſiti ſumus. facile
a cœleſti deſiderio fri
geſcim'. Quapropter
aſſiduo idigemus mu
nimento: ut exp̄gefa-
cti ad Deũ nr̃m ueꝝ, & ſummũ bonũ
cũ defluimus, recurramus. Idcirco nõ
p̃ſumptionis temeritate, ſed magna
Dei mei dilectione huic opuſculo ad
laudẽ eius operã dedi: ut ex elegãtio-
ribus dictis ſãctoꝝ patrũ breue & ma
nuale uerbũ de Deo meo mecũ ſemp
haberẽ: ex cuius lectiõis igne quotiẽs
tepeſco, i eius accẽdar amorẽ. Nũc ade
ſto mihi de': quẽ q̃ro: quẽ diligo, quẽ
corde & ore, & qua ualeo uirtute lau

do atq; adoro. Mens mea deuota tibi tuo amore ſuccēſa, tibi ſuſpirās, tibi ĩhians, te ſolū uidere deſiderans, nihil habet dulce, niſi de te loqui, & te audire, de te ſcribere de te ꝯferre, tuā gloriā frequēter ſub corde reuoluere: ut tua ſuauis memoria ſit iter hos turbines aliqua repauſatio mea. Te ergo ĩuoco deſideratiſſime: ad te clamorē magno ĩ toto corde meo & cū te inuoco, utiq; te in me ipſo ĩuoco: qm̄ oĩno nō eſſem, niſi tu eſſes in me: & niſi ego eſſem in te, nō eſſes in me. In me es, qm̄ In memoria mea manes: ex ea cognoui te: & in ea inuenio te, cum reminiſcor tui: & dlector ĩ te & de te: ex quo omnia, per quē omnia, & in quo oĩa.

De mirabili eſſentia Dei. Cap. j.

TV domine cælum & terram implés: omnia portans ſine onere, omnia implens ſine incluſione: ſemꝑ agens, ſemper quietus: colligēs, & nō egens: quærens, cum nihil deſit tibi: amans, nec æſtuās: zelans, & ſecurus es: pœnitet te, & nō doles: Iraſceris, & tranquillus es: opera mutas, ſed non

mutas conſilium;recipis qđ inuenis, & nūq̃ amiſiſti;nunq̃ inops, & gaudes lucris:nunq̃ auarus, & uſuras exigis: ſuperogas cui nō debes: uel ſuperoga tibi, ut debeas, & qs habet quicq̃ nō tuū? Reddis debita,nulli debēs:do nas debita,nihil pdens. Qui ubiq; es & ubiq; totus: qui ſentiri potes, & ui deri nō potes: qui nuſquā dees, & tñ ab iniquorū cogitationibus lōge es: q nec ibi dees,ubi lōge es:quia ubi nō es per gratiam, ades per uindictam. Qui ubiq; præſens es, & uix inueniri potes:quem ſtantem ſequimur, & ap prehendere non ualemus: qui tenes omnia, imples omnia, circumplecteris omnia, ſuperexcedis omnia, ſuſtines omnia: qui corda fidelium doces ſine ſtrepitu uerborum: qui locis non diſtēderis, nec tēporibus uariaris, nec habes acceſſus & receſſus: q habitas lucem inacceſſibilem, quam nullus hominum uidit, nec uidere poteſt. In te manēs quietus, ubiq; circūis totū: non enim ſcindi & diuidi potes; quia uere unus es, nec in ptes efficeris; ſed

totus totum tenes, totum imples, totum illuſtras, & poſſides.

De indicibili ſciētia Dei. Cap. ij.

SI totū mundum libri repleant: tua ſcientia inenarrabilis nō pōt enarrari. qm̄ uero indicibilis es: nullo mō ſcribi poteris, nec ↄcludi. Tu es fons lucis diuinæ, & Sol claritatis æternæ. Magnus es ſine quātitate: & ideo imēſus. Bonus ſine qualitate: & ideo uere & ſumme bonus: & nemo bonus, niſi tu ſolus: cuius uoluntas, opus eſt: cuius uelle, poſſe eſt. qui omnia, quæ ex nihilo creaſti, ſola uolūtate feciſti. qui omnem creaturam tuam abſq; indigentia aliqua poſſides: & ſine labore gubernas: & abſq; tædio regis: & nihil eſt, qđ cōturbet ordinem imperij tui, uel in ſummis, uel in imis. qui in oībus locis ſine loco haberis: & oia contines ſine ambitu: & ubiq; pn̄s ea ſine ſitu & motu. q nec mali auctor es ꝙ facer̄ nō potes. q nihil nō potes: nec unq̄ ycq̄ te feciſſe pœnituit. cuius bonitate facti ſumus: & iuſtitia penas luimus: & clemētia liberamur. Cuius

ōipotētia oīa gubernat, regit, & īplet ꝗ creauit. Nec iō teīpleſ oīa dicim', ut te ꝯtineāt: ſed ipſa potius a te ꝯtienſ: nec particulatī īples oīa: nec ullaten' ita ꝑ utandū, eſt ut unaquæq; res magni tudie ſuæ portiōis capiat te: ideſt: ma xima maius, minima minus: cū ſis po tius ipſe totus in omnibus: & omnia in te. cuius omnipotentia oia conclu: dit: nec euadendi potentiam tuam ꝗs aditū īuenire poterit. ꝗ enim te nō ha bet placatū: nequāꝗ euadet iratum.

De deſiderio animæ ſentientis deum. Cap. III.

TE igitur clemētiſſime Deus inuo co in animā meā, quā præparas ad capiendū te, ex deſiderio, quod in: ſpiras ei. Intra rogo in eam, & coapta eam tibi: ut poſſideas illam, quā feci: ſti, & refeciſti: ut habeā te uelut ſigna cu um ſuper cor meum. Quæſo piiſſi me, inuocantem te non deſeras: quia priuſquā te inuocarem, me uocaſti, & quæſiſti: ut ego ſeruus tuus te quære: rē, querēdo inuenirē, & inuētū ama: rē. Quæſiui, & inueni te dñe: & amare

deſidero. Auge deſiderium meum: & da quod peto: qm̃ ſi cũcta, quæ feciſti mihi dederis: nõ ſufficit ſeruo tuo, niſi teipſum dederis. Da ergo teipſum mihi Deus meus: redde te mihi. En amo te: & ſi parũ eſt, amẽ ualidius. Tuo ergo amorẽ teneor: tuo d̃ſiderio flagro tua dulci memoria delector. Ecce dũ tibi mens mea ſuſpirat: & tuam ineffabilẽ pietatẽ mẽdicatur: ipſa carnis ſarcina minus grauat: cogitationum tumultus ceſſat: pondus mortalitatis & miſeriarũ more ſolito nõ hebetat: ſilẽt cũcta: trãquilla ſunt oia: cor ardet animus gaudet: memoria uiget: intellectus lucet: & totus ſpiritus ex deſiderio uiſionis tuæ accenſus, inuiſibiliũ amore rapi ſe uidet. Aſſumat ſpiritus meus pẽnas ut aquilæ: uolet, & nõ deficiat: uolet, & perueniat uſq; ad decorẽ domus tuæ, & thronum gloriæ tuæ: & ibi ſup mẽſam refectionis ciuium ſupernorũ paſcatur de occultis tuis, in loco paſcuæ iuxta fluenta pleniſſima. Tu eſto exultatio noſtra, qui es ſpes noſtra, ſalus, atq; redemptio. Tu eſto

noſtrum gaudium, qui es futurus premium. Te ſemp quærat anima mea: & tu præſta ut quærẽdo non deficiat.

De miſeria animæ, quæ dominum noſtrũ IESVM CHRISTVM nõ amat, nec q̃rit. cap. iiij.

VÆ miſeriæ animæ, quæ CHRISTVM non quærit, nec amat: arida manet, & miſera. ꝑdit qđ uiuit, q te Deũ nõ diligit. Qui curat uiuere nõ ꝑꝑ te domine, nihil eſt, & ꝓ nihilo eſt q tibi uiuere recuſat, mortuus eſt. qui tibi nõ ſapit, đſipit. Miſericordiſſime tibi me cõmẽdo, reddo, & ꝯcedo: per quẽ ſũ, uiuo, & ſapio. In te ꝯfido, ſpo & totã ſpẽ meã pono: ꝑ quẽ reſurgã, uiuã, & requieſcã. Te cupio, diligo, et adoro: cum quo manebo, regnabo, & beatus ero. Anima, quæ te nõ quærit, nec diligit: mundum diligit: peccatis ſeruit: & uitijs ſubiecta eſt: nũquã quieta, nunquã ſecura eſt. Famuletur tibi ſemper mens mea pijſſime: ſuſpiret tibi ſemper peregrinatio mea: ardeat in amore tuo cor meum: requieſcat in te Deus meus anima mea: con-

ſempletur te in mentis exceſſu: cãtet laudes tuas in iubilatione: & hæc ſit i hoc exilio meo cõſolatio mea. Confugiat mẽs mea ſub ũbra ala℞ tua℞, ab æſtibus cogitationũ ſeculi huius. Reſauſet i te cor meũ, cor, mare magnũ, tumẽs fluctibus. O diues oius bona℞ dapũ, ſupnæ ſatietatis opulentiſſime largitor Deus, da laſſo cibum, collige diſpſum, libera captiuũ, & reintegra ſciſſũ. en ſtat ad oſtiũ, & pulſat. Obſecro p uiſcera miſericordiæ tuæ, qbus uiſitaſti nos oriẽs ex alto: iube pulſanti miſero apiri: ut liberis greſſibus ingrediaẽ ad te, & reqeſcat in te, & reficiaẽ de te pane cœleſti. Tu eni es pãis & fõs uitæ: tu lumẽ claritatis æternæ tu oĩa, ex qb⁹ uiuũt recti, q diligũt te.

De deſiderio animæ. cap. v.

DEus lumẽ cordiũ te uidẽtiũ, & uita animarũ te amantiũ, & uirtus cogitationũ te quærẽtiũ, da ut ſancto tuo amori inhæream. Veni rogo in cor meum, & ab ubertate uoluptatis tuæ inebria illud: ut obliuiſcar iſta tẽporalia. Pudet ac piget me talia pati,

qualia mũdus iſte agit. Triſte ē mihi qđ uideo: graue eſt oē, qđ de trãſitoꝛ rijs audio. Adiuua me domine Deus meus: & da lætitiã in corde meo: ueni ad me, ut uideã te. Sed anguſta eſt miꝛ hi domus aiæ meæ, quo uſq; ueias ad eã, & dilatetur a te. Ruinoſa eſt: refice eã. Habet & plurima, q̃ offẽdant ocuꝛ los tuos: fateor, & ſcio. ſed q̄s munda bit eã? aut cui alteri præter te clamabo Ab occultis meis mũda me dñe: & ab alienis parce ſeruo tuo. Fac me dulcis CHRISTE bone IESV, fac me rogo a more & deſiderio tuo deponere onus carnaliũ deſideriorꝰ, & terrenarꝰ ꝯcupi ſcẽtiarũ. Dominetur carni anima, aiæ ratio, rationi gratia tua: & tuæ me inteꝛ rius & exterius ſubde uoluntati. Triꝛ bue mihi, ut laudet te cor meũ, & linꝛ gua mea, & omnia oſſa mea. Dilata mentem meam: & attolle intuitum cordis mei: ut uel rapida cogitatione ſpiritus meus attingat te, æternam ſa pientiam ſuper omnia manentem. Diſſolue me oro a uinculis, quibus conſtrictus teneor: ut reliquens oia

iſta, tibi feſtinem, tibi ſoli inhæreã, tibi ſoli intendam.

De felicitate animæ a terreno carcere reſolutæ. cap. vi.

FElix anima, quæ terreno reſoluta carcere, libera cœlum petit: quæ te dulciſſimũ dominũ facie ad faciem cernit. quæ nullo metu mortis afficit̃: ſed de incorruptione ꝑpetuæ gloriæ lætat̃. tranqͣlla eſt, & ſecura; iã non timet hoſtẽ, nec mortẽ. habet iã te piũ dominũ, quẽ diu q̃ſiuit, ſempꝙ amauit: hymnidicis ſociata choris melliflua ꝑpetuæ feſtiuitatis carmina ad laudẽ gloriæ tuæ rex CHRISTE bone IESV in æternũ cõcinit. Inebriat̃ .n. ab ubertate domus tuæ: & torrẽte uoluptatis tuæ potas eã. Felix ſocietas ſupernorũ ciuium, & glorioſa ſolẽnitas oĩum ad te redeuntium, ab huius noſtræ peregrinatiõis triſti labore ad amœnitatẽ pulchritudinis, ad formoſitatẽ totius ſplendoris, atq; dignitatem totius elegãtiæ: ubi te iugiter domine tui ciues cernũt. Nihil omnino, quod conturbet mentem, ibidem au-

